Onstituimus cum omnibus qui nobiscum sunt episcopis vt homicide malefici fures sacrilegi raptores adulteri incesti venefici suspecti criminosi domestici periuri:z qui raptum fecerunt vel qui falsum testimonium dixerunt seu qui ad sortilegos diuinos que concurrunt similesque eorum nullatenus ad accusationem vel ad testimonium sint admittendi:quia infames sunt z iuste repellendi:quia funesta est vox eorum. Item iulius papa.

Suspecti aut gratiosi ad accusationem non admittantur.

Similiter ein prīma synodo ē decretum ne suspecti aut infames aut criminosi aut gratiosi aut calumniatores vel affines vel scelerati aut facile litigantes suscipiantur accusatores:sed tales qui omni careāt suspicione. Item felix papa.

Qui inimicitijs studet vel facile litigat nec accusator nec testis potest esse.

Nullus seruus nullus libertus nullus infidelis nullus criminibus irretitus nullus calumniator nullus qui inimicitijs studet nullus frequenter litigans et ad accusandum vel detrahendum facilis nulla infamis persona vel omnes quos ad accusandum publica crimina leges publice non admittunt permittantur episcopos accusare.

Item calixtus papa.

Familiares suspecti de domo prodeuntes non recipiantur in accusatione.

Accusatores vel testes suspecti non recipiantur nec familiares vel de domo prodeuntes nec etiaz consanguinei accusatoris aduersus extraneos testimonium dicant: quia propinquitatis z familiaritatis ac dominationis affectio veritatem impedire solet.amor carnalis z timor atqz anaritia plerumque sensus hebetant humanos z peruertunt opiniones vt questum pietatem putent z pecuniaz quasi mercedem prudentie.

Item gelasius papa.

Qui inimici vel suspecti sunt z qui odio quoslibz insequuntur ab accusatione remouentur.

Omnes qui aduersus patres armantur: vt patrum innatores infames esse censemus.horum ergo vitiorum auctores vel patratores non sunt in accusationem pontificuz recipiendi:sed penitus repellendi:quoniam iubent canonica decreta patrum.vt accusatio vel testimonium eorum qui odio quo libet persequuntur vel qui inimici aut suspecti habentur nullo modo recipiantur. Item pascalis papa.

De eodem. Palea.

Nulli episcoporum ab accusatione sua repellere liceat quos antequam ab eis impeteretur a sua communi familiaritate neglexerit separare. Quod vero inimici ab hac accusatione prohibentur inde est quia eorum calliditate innocentia frequenter opprimi solet. Sed cum anastasius sue cathedre reddi precipitur quia de inimicitia sui patriarche conquestus est:patz quod z si manifesta crimina alicuius sunt non tamen condemnandus est accusatione inimici. Unde nicolaus papa scribit michaeli imperatori.

Qui inimici sunt iudices esse non possunt.

Quod suspectiꝰ z inimici iudices esse non debeant: et ipsa ratio dictat: z plurimis probatur exemplis. Nam quid gratius et amabilius dare quis inimico posset: quam si ei ad impetendum commiserit quem ledere forte voluerit: quod prouideꝰ constantinopolitana synodus canonum suoruz sexto dignoscitur prohibere capitulo. Veniamus z ad sanctam chalcedonensem synodum z quod nobis de ipso anastasio perennorum referat episcopo audiamus. Js.n. antistes tertio euocatus quia non occurrit a suo patriarcha canonice condemnatus extiterat sed solum quia cum vocaretur ad synodum quod inimicus esset eius ipse qui iudicabat clamauit:a sancta chalcedonensi synodo ad causas illatas sibi examinandas referatur.et nisi denno conuinceretur:recipere propriam iudicatur ecclesiam,Si anastasius a patriarcha suo depositus quia de inimicitia eius conquestus est:iterato ad iudicium reuocandū dirigitur:z si manifesta sibi officiāt crimina:tamen sue ecclesie reddi precipitur.quanto magis ignatius qui non a patriarcha sed potius ipe existens patriarcha minime debuit ecclesia propria priuari: z inimicis z suspectis iudicibus decernentibus expoliari. Veniat z facundissimus noster pater papa gelasius hereticorum expugnator fortissimus:z qd de constantinopolitanis:episcopis more solito tunc egrotantibus di-

a ¶ Et teſtes. propter hoc inducit gratianus capitulum.
b ¶ Quod ſi in iudicio. verba nicolai.
c ¶ Hinc iuſtinianus. tertia auctoritas.
d ¶ Inchoetur. non tamen ſemper ante litis conteſta. vt dixi. ſ. e. q. iij. offeratur. vſq; ad triduum autem cogitur alios eligere. C. de iudi. l. vl. Sed tamen illa lex loquitur: quando eliguntur iudices ad cauſam principalez audiendam vnde ſecus videtur ſi eligũtur ad approbandam cãm recuſationis. Quid autem iuris ſit de ſuſpecto iudice. dixi in conſtitutione illa eſt de appel. vt debitus. ⁊. c. cum ſpeciali.
e ¶ Nam quodãmodo alia ratio.
f ¶ Hinc. hoc eſt ſecundum exemplum.
g ¶ Intrare. miſit tamẽ excuſatorẽ fortẽ vel ideo non venit qz citatio nõ tenuit.

Extra prouinciã

b Regulariter quilibet coram ſuo iudice eſt conueniendus. vt. j. eo. pulſatus. et. ri. q. j. experiente. aliogn penaz patitur actor. rj. q. j. inolita. ⁊. c. placuit. ⁊. C. de iuriſdi. om. iudi. l. in criali. Si fallit rõe poſſeſſionis. extra de fo. cõp. ſane. ⁊. C. vbi de poſ. agi oz. l. vna ⁊. C. ſ̃ predi. minorum ſi prediuz. Itez ratione contractus ff. de iudi. heres. Item ratione criminis conuenitur quis vel vbi deliquit vel vbi inuenitur vel vbi domiciliuz hz C. vbi de crimine agi oportẽt. l. j. vel cum eſt queſtio ꝺ fide. xxiiij. q. j. quotiens. trahitur etiam ꝓpter loci oportunitatem ad aliam prouinciam. xxiiij. q. ij. ſiue. item ꝓpter appellationem. itez propter iuſſionẽ pape. vt. j. e. q. vnaqueqz. ⁊. c. peregrina. vt patet in verſibus hic notatis. Contractus. crimen reus ⁊ res: religioqz. Vir ratio ſimilis vel prouocat. atqz recuſat. Excellit. iuſſus vel ſi conſentit vterqz. Contractus. ff. de iudi. heres abñs Crimẽ vt hic. ⁊. C. vbi ꝺ crimagi oportet. l. j. Reus quia actor debet forum rei ſequi vt. j. e. l. neminez. Et res ar. extra de foro. cõpe. ſane. Religioqz ⁊ cauſa iuriſpatronatus ⁊ decimarum. extra de iudi. quanto. ⁊. c. decernimus. Vir quia vxor forum viri ſequitur. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. penult. Ratio ſimilis. in mutua reconuentione. extra de mu. pe. er litteris. Vel prouocat. j. eo. peregrina iudicia. Atqz recuſat. extra de' fo. compe. ſiquis contra clericum. Excellit. quia epiſcopus non deponitur niſi a papa. j. e. quanuis. Juſſus. j. e. vnaqueqz prouincia. vel ſi conſentit vterqz. ff. de iuriſdi. om. iudi. eſt receptum. ⁊. ij. q. vij. nos ſi. Item in feudo extra de iudi. ceterum. Item ſi ſecularis iudex eſt negligens. extra de fo. compe. licet. Item in ſcholaribus vt in conſtitutione federici. C. ne fi. ꝓ patre auñ. habita.

i Ubi enim vel vbi domicilium habet vel vbi repetitur. C. vbi de cri. agi oportet. l. j. ſed ſi grauius eſt crimen remittitur puniendus ad iudicẽ vbi deliquit. ſi eſt leuius ibi poteſt puniri. vt in auñ. vt nulli iudi. §. ſi vero cognoſcat col. ir. ⁊. §. ſed ſi illud. ⁊. ff. de re mili. deſertorẽ in prin. Nec admitto illud quod quidam dicunt ꝙ ſemper primo cognoſcat iudex ꝺ qua reus eſt. an crimen cõmiſerit. ⁊ poſtmodum remittat eum ad iudicez vbi deliquit: quia iudex vbi deliquit cognoſcet ⁊ puniet crimen. ff. de accu. l. vlti. poteſt tamen ſi vult tranſmittere eum puniendum cum litteris ſuis ad ſue prouincie iudicem. quod tamen non facit niſi ex cauſa. ff. de cuſto. ⁊ exhi. reo non dubium. ſicut pilatus remiſit chriſtum ad herodem.

k ¶ Cauſa. ſed quid ſi metropolitanus vel alter epiſcopus. deliquit in alterius dioc. ſi. numquid ab illo poteſt puniri argu. ꝙ non. ix. q. iij. ſi autem. ⁊ in aut. de defen. ciuita. § non habente. col. iij. xxj. di. inferior. ⁊. c. nolite. eſt de ſen. ex. a nobis. ff. de arbi. l. iij. in fi. ſed cõtra. C. vbi de cri. agi oportet aut. qua in prouincia. Et reatus omnem huiuſmodi honorem excludit. vt. C. vbi ſena. vel clari. l. j. in fi. ⁊. vj. q. iij. placuit in fi. Item pone ꝙ ſic tulerit epiſcopus ſententiam: qui hoc fecit ſit excõmunicatus. dicit

b etiam ſi archiepiſcopus hoc fecit in dioceſi epiſcopi eſt excõmunicatus non ab homine ſed a canone. qz ſequitur factum iam damnatum. xxiiij. q. j. c. j. ij. ⁊. iij. ſed contra extra de ſen. ex. a nobis. Lau. dicit ꝙ archiepiſcopus non ſit de foro illius. cum ipſe ſit iudex ordinarius totius prouincie. ir. q. iij. c. ij. lxxv. di. quoniam vnde cum non poteſt excõmunicare ſed alium quemlibet epiſcopum poteſt excõmunicare. non tamẽ deponere io. Ego credo. Ho. bene dicere quia ꝓpter crimen efficit archiepiſcopus ſubiectus epiſcopi ꝓpter rationes ſuperius allegatas. b.

Jqs. ab omnibus. ad minꝰ a. xij. vt. j. e. q. viij. ſuggero. xv. q. vij. felix

m ¶ Exceptio. Exceptionũ alia ꝓpria. alia eſt dilatoria. alia media ſiue mixta. Dilatoriarũ alia declinatoria iudicij. alia dilatoria ſolutionis. Declinatoria iudicij in pun. lit. eſt proponenda ⁊ probanda vt extra de ſen. ⁊ re iudi. inter monaſterium. ⁊. C. de excep. l. vl. Niſi exceptõ illa de nouo ed noticiam eius peruenit vt extra de procu. in noſtra. ⁊ extra de excep. paſtoralis. vel niſi de nouo cõpetere ceperit vt extra de offi. iudi. dele. infinuante. ⁊ ff. de arbi. non diſtinguemus. §. cũ quidã ⁊ de tali loquitur hic. Dilatoria ſolutionis

hz ante lit. conteſ. obijci: ſed probari hz poſtq̃ actor fundauerit ſuã intentionem. C. de excep. ſiquidẽ. ⁊. C. de proba. exceptionem. Peremptoria dicitur que põt opponi ⁊ probari q̃cunqz dũ tñ ante ſniam: vt. C. ſententia reſcin. nõ poſſe. pemptorias. ⁊. C. de excep. preſcriptionẽ. Dilatoria dicitur exceptio que in hoc hz ſimilitudinẽ cũ pemptoria ꝙ poſt lit. cõteſ. põt obijci. ſed in hoc hz diſſimilitudinẽ cũ dilatoria que põt q̃cunqz añ ſniam obijci. vt extra q ma. acc. poſ. p tuas. ſed in hoc hz ſimilitudinez cũ dilatoria. qz añ lit. cõteſ. põt obijci. vt extra de excep. exceptionẽ. Sunt ad huc alie exceptiones anomale que etiã poſt ſententiã obijciuntur. vt exceptio velleiani ⁊ macedoniani: ⁊ armate militie: de quibus agitur. ff. ad macedo. tam ⁊ ſi non. ⁊. C. de iur. ⁊ facit. ignoꝛ. l. j

n Pulſatus. voluerit nõ tñ a ꝺño ſenſu argumẽteris: vt. rj. q. j. placuit. ⁊. j. e. neminẽ. ſed hic loqtur de eo q habuit ꝺ ſenſu ſui epiſcopi: vt. rj. q. j. clericũ. ⁊. c. nullus. extra de fo. cõpe. ſignificauit.

o ¶ Taceat. ſed hoc forte cũ hz ꝺ ſenſu epi vt. rj. q. j. clericũ. nec ob. j. e. ſ̃ liceat. extra de fo. cõpe. ſi diligenti. ⁊. vj. q. iij. deniqz.

p Extra.

q Excuſatus. loco. viij. q. iiij. nonne.

r ¶ Nõ tñ diffinire ſuſpendere ⁊ excõicare põt metropolitanus xj. di. de his. xj. q. iij. ſi qs epiſcopus. ⁊. xxviij. di. pp. Jte abſolvere põt ſm pl eroſqz ſi eſt innocens. C. vbi ſena vel clari. l. iij. Jo. Ego ꝺño cre

rias autem exceptiones vt ſunt preſcriptiones longi temporis ſufficit initio litis conteſtari. Item.

De eodem.

Pulſatus ante ſuum iudicem cauſam dicat. ante non ſuum iudicem pulſatus ſi voluerit taceat pulſatis vero quotiens appellauerint inducie dentur. Hoc autem quod de loco dictum eſt tunc intelligendum eſt cum veritas cauſe nõ niſi in loco admiſſi criminis deprehendi poteſt: aut niſi altera pars iudicium maioris perſone interpellauerit ſiue declinando iudicum ſiue releuando ſententiam. Unde ſtephanus ſancte ⁊ apoſtolice atqz vniuerſalis eccleſie romane epiſcopus ſcribit omnibus epiſcopis.

Intra prouinciam ⁊ accomprouincialibus tantum cauſa eſt audienda.

Extra prouinciarum termi nos accuſandi licentia nõ progrediatur. ſed omnis accuſatio intra prouinciam audiatur ⁊ a comprouincialibus terminetur: niſi tantum ad apoſtolicam ſedem fuerit appellatum. Item ſixtus papa.

A comprouincialibus acculatus vel iudicatus apoſtolicam ſedem appellet.

Excuſatus vel iudicatꝰ a comprouincialibus in aliqua cauſa epiſcopus licenter appellet ⁊ adeat apoſtolice ſedis pontificem qui aut perſe aut per vicarios ſuos retractare eius negocium procuret. Et dum iterato iudicio põtifex cauſam ſuam agit alius in eius loco nõ ponatur aut ordinetur epiſcopus quoniam quanquam a comprouincialibus epiſcopis: accuſati cauſam liceat ſcrutari epi. non tamen diffinire' inconſulto romano pontifice permiſſum eſt.

Item damaſus papa ſtephano ar

do vt hic.7.v.q.iiij.c. j.7.c.ij.b. Sed obijcitur.vj.q.iij. deniqs.7 xxj.q.v. ſiquis a prio pio vbi dicitur q̄ pri mas vel conciliuz de ponit epiſcopum. ſed illud fuit de licētia pa pe. vl loquitur ſm ea tempora q̄ cauſe epi ſcopoz nō deferebantur ad ſedem apoſtoli cam. xix. di. ſi roma norum.

a Multum. infir mitatis. hec ē iuſta cā abſentie vt extra de procu. querelā quid de hoc iuris ſit dicā. v.q.iij.c.j.

b Dudum. volue runt ſic ergo cō cilia dederunt prima tum romane eccleſie. quod verum eſt ſecū dario. ſed ſpe chriſtus principaliter: vt. xxj. di. quāuis. xvij. di. §. hinc etiam. 7. ix. q.iij. aliorum.

c Hec qppe. ſuf fraganei. i. pro ſuffraganeis ſunt ha bendi. quia ille fuit in poſſeſſiōe. 7 ita erit vſq̄ ad ſententiam. xvj. q.iiij. volumus 7 ita nō eſt hic ar. interlo cutoriam non obeſſe. Vel dic ideo nō ob eſt: q̄ nō agebatur ad hoc: ſed de hoc ſolum an epiſcopi eſſent iu ſte dejecti. i. an crimē ab ipſis cōmiſſum eēt dejectione dignū ad hoc. j. e. c. ibi. nihil. n. quero. 7c. 7 q̄ interlo cutoria non obſtit bē ff. de bis q̄ ſui vel ali eni iuris ſunt. l. pe. 7 extra de ordi. cog. cuz dilectus. Non. n. q̄c quid iuder profert eſt habendum pro ſnia: vt. C. ō ſen. 7 interlo. om. iudi. ex ſtipulati one. 7. C. cōminatio nes 7 epiſtolas. l. j. tiſ p interlocutoriam bñ aliquid determinat 7 tranſit in rem iudica tam ſicut diffinitiua ſententia: vt eē ō elec. cū dilectus. in fi. 7 ex tra de teſti. ſignifica uerunt 7 extra de ſen. 7 re iudi. cum inter. 7 quādoq̄ ius facit: vt. ff. quod me. cauſa. me tuz. §. ſed quod preto. ſic ergo ſemper eſt cō ſiderandum ad quid agatur. 7 an iuder inci deter vel tacite vel ex preſſe vel diffiniendo vel interloquendo ali quid dicat vt extra de preſump. afferte. extra de teſtibus veniens. C. de his qui no. infa. interlocutio. 7. ij. q. iij.

chiepiſcopo.

ℙDalea.

Ojſcutere epiſcopos 7 ſum mas eccleſiaſticoruz negocio rum metropolitano vna cum om nibus comprouincialibus ſuis: ita vt nemo ex eis deſit 7 omnes ſingu lorum concorditer negocijs con ueniant: licet. Sed diffinire eorum atque eccleſiarum ſummas quere las cauſarum vel damnare epiſco pos abſq̄ huius ſedis auctoritate minime licet: quoniaz omnes ap pellare ſi neceſſe fuerit 7 eius ſulci ri auxilio oportet.

Item eleutherius papa.

Cōprouinciales 7 metropolitani epiſcoporum cauſam audire ſed diffinire non poſſunt.

Quannis liceat apud compro uinciales 7 metropolitanos atque primates epiſcoporum ven tilare accuſationes vel criminatio nes: non tamen licet diffinire ſine huius ſancte ſedis auctoritate ſicut ab apoſtolis eorumque ſucceſſori bus multorum conſenſu epiſcopo rum iam diffinitum eſt. nec in eo rum eccleſijs alij aut preponantur aut ordinentur antequam hic eo rum iuſte terminētur negocia. Re liquorum vero clericoruz cauſas apud comprouinciales 7 metropo litanos 7 primates 7 ventilare 7 iu ſte finire licet. Item leo epiſco pus vrbis rome anaſtaſio epiſco po theoſſalonicenſi.

Ante apoſtolicaz cenſuram in cau ſis epiſcoporum non eſt diffinitiua ferenda ſententia.

Multum ſtupeo frater cariſſi me ſed 7 plurimum doleo quod in eum de quo nihil amplius indicaueris: quam quod cuoca tus adeſſe differret vt excuſationē infirmitatis oſtenderet: taz atroci ter 7 tam vehementer potueris cō moueri preſertim cum etiam ſi ta le aliquid mereretur: expectanduz tibi fuerat quid ad tua conſulta re ſcriberemus. Sz etiam ſi quid gra ue intolerandumque committeret noſtra erat expectanda cenſura: vt nihil ipſe prius decerneres. quam quid nobis placeret agnoſceres: vi ces eni noſtras ita tue credidimus charitati: vt in partem ſis vocatus ſollicitudinis non in plenitudinem poteſtatis. vnde ſicut multum nos ea que a te pie ſunt curata letificant ita nimium ea que perperam ſunt geſta contriſtant. Jtē iulius pa pa orientalibus epiſcopis.

Preter conſcientiam romani pon tificis nec concilia celebrari nec epi ſcopum damnari oportet.

Vadam' a ſanctis apoſtolis ſucceſſoribuſque eorum in an tiquis decretum eſt ſtatutis: que ha ctenus ſancta 7 vniuerſalis apoſto lica tenet eccleſia: nō oportere pre ter conſciam romani pontificis cō cilia celebrari vel epiſcopum dā nari: quoniam ſanctam romanam eccleſiam primatum omniuz eccle ſiarum eſſe voluerunt. Et ſicut bea tus petrus apoſtolus primus fuit omnium apoſtoloruz: ita 7 eccle ſia ſuo nomine conſecrata domino inſtituente prima ſit 7 caput cetera rum 7 ad eam quaſi ad matrez at qz apicez omnes maiores eccle ſie cauſe 7 iudicia epiſcoporum re curr ant: 7 iuxta eius ſententiam ter minum ſummant: nec extra roma num quicquam ex his decerni de bere pontificez. Aliquando in con ſulto romano pontifice pleriqz epi ſcoporum damnati inueniuntur: 7 alij in eorum loco ſubrogati: quo rum damnationē 7 ſubrogationez pro bono pacis ex diſpenſatione to leraſſe legitur eccleſia. Unde nico laus papa ſalomoni regi britonuz.

Quorundā epiſcoporum depoſiti onē contra cōſcientiaz romani pōti ficis ſactā p pace toleranit eccleſia.

Hec quippe eſt ordinatio dei patris tui: 7 hec eſt ex eccle ſie matris tue videlicet vt omnes epiſcopos regni tui ad turonenſem archiepiſcopuz mittere non detra ctes: ipſiuſq̄ iudicium poſtulare non dedigneris. ipſe enim eſt me tropolitanus 7 omnes epiſcopi tui regni ſuffraganei eius ſunt: ſicut cō ſcriptiones predeceſſoruz meoruz euidenter oſtendūt: qui predeceſſo res tuos quia illos ab ipſius cura ſubtraxerant forti inuectione corri gere ſtuduerūt quannis nec noſtra ſcripta ſuper hac re miſſa deeſſe vi deantur. cunque coram de ſignato turonice eccleſie preſule 7 integro numero collegaruz. i. xij. epiſcopoz celebrato conuentu fuerint electi epiſcopi regulariter examinati: ap parueritque quod canonice fuerint electi: epiſcopis ipſis in ſua dejecti one manentibus: qui in locis eoruz conſecrati ſunt: poterunt vtiqz epi ſcopatus honore potiri: quod ſi ele cti epiſcopi inſōtes fuerunt declara ti: his amotis' q illis ſubrogati ſunt eccleſias ſuas ipſi recipiant. Nam cum anteceſſores mei preſules eiec tionem eorum epiſcoporum qui ab eccleſijs ſuis ſunt expulſi: nec ad miſerunt: nec approbauerunt: nec ipſos qui eis ſubrogari poſſunt vi uentibus illis legitimos epiſcopos dixerunt'. Sane ſi turonenſez forte archiepiſcopum mittere prefatos epiſcopos dignaris: ſtudeas duos epiſcopos de expulſis' 7 duos de ſubrogatis vna cum eccleſie tue le gato ad poſtolicam beati petri ſe dem tranſmittere: vbi digna exami nationem premiſſa qui legitimi epi ſcopi ſunt appareant 7 ſuas eccleſi as irregulariter non amittant. ni hil. n. quero aliud in preſenti nego cio diffinire. Quia vero magna qs ſit metropolitanus apud britanos contentio eſt: licet nullius memo ria teneat vos in veſtra regione vl lam habuiſſe metropolim eccleſiā tamen ſi libet poſtquam deus om

§. notandus. 7. xxij. q. ij. que ritur.

d This amotis. ſed quere eēt ſententia pro deſtitutis la ta ipſis ſubſtitutis cum res inter alios acta alijs nō pre iudicet. vt extra de fi. inſtru. inter dilectos. 7 eſt contra il lud. quod ē. ff. de adul. dicitur ciaſſe. 7 extra de adul. ſignifi calti. ſed hoc eſt propter cau ſe coherentiā ſic. vij. q. j. pñ tium. 7 lxxxj. di. tantis in fi. 7 xlv. di. diſciplina. nā ſi pro nunciatū eſt petrum eſſe vi ruz marie. p conſequens. p batum eſt martinuz nō eſſe extra de ſpō. ex parte vides enim q̄ cauſe eligentium 7 electi ſunt onere. qz lata ſen tentia contra electores preiu dicat electo licet abſenti. vt extra de elec. duduz in fi. ni ſi appelletur ab altero illoz vt extra de offi. iudi. dele. ſu per eo. aliud videtur eſſe in ter preſentantem 7 pñtatuz nam tunc ſententia lata cō tra vnum nō nocet alteri ab ſenti. vt extra de elec. quere lam. hoc ideo eſt. quia illoz cauſe ita ſibi non coherent. vel dic q̄ nūq̄ ſententia pre iudicat. alij. niſi preſens fue rit. ar. liiij. di. ſeruus

e Subrogati. ar. q̄ ſi ali qua duo ſunt onera. prohi bito vno prohibitū eſt 7 reli quum ſic. xxxj. di. ſi laicus. xx vj. di. deide. xxiiij. di. ſiqs viduam. 7. viij. di. quo iure j. q. iij. ſi quis obiecerit. 7 ex tra de bere. fraternitatis. ſic econuerſo aliquid permitti tur ratione connerionis. vt lxxxi. di. cum omnibus.

f Dixerūt. ſupple nec ego dico.

g De expulſis. ſed quali ter poterit cauſa per procu ratorem criminaliter tracta ri forte: quia ſic placuit pa pe. vt hic ciuiliter agebatur non enim ad aliud ageba tur hic niſi an eſſent ſm or dinē iuris ōpoſiti. 7 ſz fuerit ciuilis: tñ neceſſarij erāt. xij. epi ſic. xxiij. diſt. illud. xxxiij. di. quorundaz: quia licet nō fuerit cā criminalis: tamen fuit de crimine. vnde neceſ ſaria eſt inſcriptio. vt extra de accu. ſuper his. vel dic q̄ in cauſa criminali vnus con ſocius procurat cām alioruz vt extra de do. 7 contu. cum dilect'. 7. ij. q. v. ſtatuit. Jtez hic hē quod ſnia lata a nō ſuo iudice rata poteſt habe ri. de hoc nota. ix. q. ij. nul lus. 7. ij. q. vj. ſi quando.

d Debeant.ar.pro obsequijs tempore litis non prestandis:vt.ij.q.vj.quotiens.& xj.q.j.qr ar.ℨ.xxxiij.q.ij.seculares.xxxv.q.vj.multor.ff.de ope.liber. operis.sed hoc ideo hic fuit quia episcopi pro liberis se gerebant.alias illi deberent obedire qui esset in possessione.viij.q.iij.nõne ex vt lite pendẽ.a memoria. Nec obstat.C.de agri.& sensi.litibus.li.xj.vbi dicitur si est cõtentio inter colonum & dñm de fructibus quod fructus sequestrantur.sed illud obtinet cũ dñs est suspectus.dicas ergo qp possessor semp vtitur fructibus lite pẽdẽ.vt.xvj.q.iij.volumus.nisi in casu vt ex ℨ urepa.er litteris.qℨ intelligo nisi de hoc ipsa qℨ sit an possideat vel nõ vt ex de integ.resti.cũ venissent in fi.& ex de questi.cũ. ad.i fi.& ff.de aqua quot.& esti. l.pe.vñ si post motã controuersiã canonici eligãt.nõ iõ statiz cessat electio:donec cõstet de iniusta electiõe.vt ex ℨ in integ.resti.c.ij.in fi.& ex de cã pos.& ppria cũ ecclesia. idẽ dicerez de patrono lz nõ debeat post motã ptrouersiam pñtare vel eligere.

b C. Incunctanter.i.decetero.& sic planum est.

c Irritã fcãz fine auctoritate romani põtificis.

d Peregrina.ab ex neis ar.iudicẽ ad quẽ appellat nõ esse ordinariũ.vj.q.iij.scitote.& sic archiepiscopus est ex ne vt ibi vf.& ex de offi.iudi.ordi. pastoralis. hug.sed potius est hic ar.ℨ qr dicit hic qp oz habere iudices ꝓuinciales.& archiepiscopus est ꝓuincialis illa ergo exceptio nisi ad pncipiũ refert.s.ad peregrina.& fuit itellectus gr ani:qp figs recusaret metropolitanũ ad cõprouinciales iudices ꝛecurreret nõ ad peregrinos nisi appellaret.& boc est qℨ dicit & cũ cã ex puinciã commissa fuerit.vt.j.e.si liceat.

e C Electos.cũ ordiarij sint suspecti.ij.q.vj.placuit. vel logt i cã criali presbyteri vl diaconi:vt.xv.q.vij.si aũt.

f Leges per moysen.qr ipse moyses loquens p spirituz dñi introdurit in genesi sodomitas ita loquẽtes.

g Non liceat pꝛeindicio boc iõ dicit.qr spretis omnibus ordinarijs ad eũ põt appellari:ar.ℨ.q.vj.c.j.ij & iij.nam ipse est ordinarius omnium extra de elec.cum nobis olim.

h C Expetere.hic pꝛ qp dericus sine consensu sui epi non põt consentire in aliuz iudicem.nam sic posset euacuari iurisditio episcoporuz si omnes consentirent in alium iudicem.ad idez facit.ij. q.vj.placuit.& i aut.de san. epi.ℨ.economos col.ir. ar. contra.ℨ.e.pulsatus.sed extra de fo.compe.si diligenti. expeditum est qp non potest p pactum renunciare foro.de hac materia notaui.xj.q.j.inolita.fo.& qℨ dicit io.quod expeditum est in illa decr.extra de fo.compe.si diligenti.non est verum:qr illa decre. loquitur qp dericus nõ potest consentire in laicum:sed hodie nec in dericum potest nisi de consensu sui episcopi.vt extra de fo.compe. significasti.b.

i Neminem.Est autem boc ideo statutuz:qr alibi nõ possunt habere testes vel amicos.vt.xxxiij.q.ij.sine.ij.q.ij.preceptũ & in aut. vt omnes obe.iud.ℨ.iij.col.v. Unde dico qp si aliquis impetrat rescriptum ad iudicem alterius prouincie.non sufficit qp vltra duas dietas bus iudicetur. Reuerentia autem que apostolice debetur ecclesie & eius auctoritas intelligenda est cuz vel ad ipsam appellatuz fuerit:vel ab ea indices electi conceduntur. Unde sixtus papa cum diceret cõprouinciales & a se electos debent habere indices:statim subiungit.nisi fuerit appellatum. Item anacletus papa.

Absqz apostolice sedis decreto extraneos iudices adire non possumus.

Quaqueqz prouincia tam iuxta ecclesiasticas ꝯz iuxta seculi leges debet suos iudices & nõ inquos habere iudices:& non extraneos:nisi huius apostolice sedis decreuerit auctoritas. Item ex synodo romana.

Super appellatione alterius prouincie iudices adire non oportet.

Neminem exire de prouincia ad prouinciam vel de comitatu ad comitatum oporet nisi ad relationem iudicis:ita vt actor rei forum sequatur.& infra Illa q̃ sunt per vnamquanqz prouinciam:ipsius prouincie synodus dispenset:sicut in niceno constat esse decretum concilio. Ultra prouincie terminos accusandi licentia non progrediatur:sed ois accusatio intra,puiciã audiat:& a comprouincialibꝰ terminetur:nisi prelatus sit qui accusatur.

Item sixtus.

De odem.

Si quis clericus super quibuslibet criminibus accusatus fuerit:in prouincia in qua consistit ille:qui pulsatur suas exerceat actiones:nec existimet cum accusator suus alibi aut longius ad iudiciuz protrahendum. Item ex decreto badriani pape.

Ubi crimen admittitur ibi causa vẽtiletur.

Qui crimẽ obiecit:sciat se probaturz reuera ibi causa agatur vbi crimen admittitur.

C. vij.

Quod iudex esse nõ possit quem cuz reo par aut maior macula ifficit multis auctoritatibus probatur. Dicit enim sancta romana synodus.

Infames iudices esse non possunt

Infamis persona nec procurator esse potest nec cognitor.

Tria sunt quibus aliqui impe non trahat aduersarium vt dicit illa cõsti. extra ō rescrip.nõnulli.sed etiaz requiritur qp extra prouinciam eum non trahat nisi in litteris fiat mentio de prouincia. Luz.ii. de iure extra prouincia nemo sit trahendus vt bic dicitur.ergo nisi rescriptuz pncipis de eo faciat mẽtionem.nõ potest auctoritate rescripti trahi extra prouinciam licet minus sit spacium ad quod trabitur, qp due diete.est tamẽ argu.contra extra de offi.iudi.or.significauit.certe tamen non nocet contra. sed illi constitutioni nõnulli stat. Ista opinio bodie non habet locum immo contrariuz obseruat romana curia.

k Quod iuder.bic q̃ rit an criminoſi vl infames possunt esse iudices.& quidez si nõ, tolerentur ab ecclesia non possunt.si tolerentur bene possunt.& tenet eorum sententia ipsi tamen peccant iudicando. Vel distingue an aliquis sit infamis per sententiaz vel ipso facto vt tunc nõ possit.an alias vt tunc possit. Illud tamen certum est qp si infamia obijcitur alicui qui est electus in iudicem.qp ppter hoc bene remouetur.licet bucusqz fuerit tolleratus.vt extra de rescri. scisitatus,& extra de excess. prela.inter.& ff. ad.l.iul. de vi priua. l.j.criminoſi ergo possunt iudicare officio sed non ex vite merito,xv.q. vltima.c.vltimo.

l Infamis per sententiam.

m C Nec procurator i.aduocatus:vt.j.pro ri.ℨ. vel intellige de procuratore vero vt i famis non possit esse procurator sm canones:vt.j.v.q.iij.quia episcopus. Nec obstat insti.de excep.ℨ. vl.quia loquitur bic de infami. per sentẽtiam.ibi de tali qui est alias infamis.si tamen iudex toleratur in officio eius tenet sententia.viij.q.iij.nonne. Sed infamis potest esse arbiter.vt j.e.ℨ.tria.ver.cognitores.

n C Tria sunt.boc est sumptum a lege.ff.de iudi.cũ ꝓtor.ℨ.nõ aũt oẽs.

a Et perpetuo. secus si ad tempus. vt. ff. de iudi. cum furiosus.
b Amotus. imo & si ei⁹ electio fuerit cassata pp ei⁹ vicii de electi. sup.
c Moribus. i. consuetudine. imo etiaz lege siue canone. xxxiij. q. v. mulierem. nec obstat. xv. q. iij. §. i. vt ibi dicit.
d Judicium. i. discretionem.
e Ceruntamen. §. gratiani.
f Cū putaretur. ecce quātū cōis opinio operetur. vt extra. de iurepa. ꝓsultationib⁹ extra qui fil. sint legitimi. cū inter. & j. q. j. si qui. a simoniacis. C. de testa. l. j. ar. g. §. qui fi. sint legitimi. p tuas. & §. xxiij. di. c. vl. xxix. q. iij. si quis in genuis. & di. viij. veritate. & ff. de iudi. l. ij. in princi. Sed nūquid idē si ex cōicatus ferat sniam qui publice habetur pro non excōicato: nō extra de sen. & re iudi. ad probandum. Et ē ratio quare aliud i seruo: q; seruus in multis casibus habet ꝓsonā standi in iudicio. vt. xij. q. iij. qui manumittitur. sed excōicatus in nullo. vel dicq̄ vsus credo. q; nec sententia serui teneret nisi cōfirmata eēt a principe.
g Infames. postulare. Postulare est pro tribunali petere & nō alibi. ff. de dā. infec. dies. §. hoc aūt.
h Dio etiam. p se.
i Nō audit. nullus enim adeo surdus ē quin aliquid audiat. vt. C. qui test. fa. pos. discretis.
k Vel pp casuz. ff. de iudi. cecus. & j. xv. q. j. §. vlti.
l Predonuz. tunc nō est imputandum. vt. ff. de adul. viz passam. xxxij. q. v. ille.
m In arena. nisi cā virtutis hoc faciaz. ff. e. l. ij. §. q̄ si.
n Alij enim. notandū q; oēs q maiori infamia sunt notati: nō nisi. p se & p his quorum sunt tutores possunt postulare. & illi sunt de secundo ordine. iz minori infamia notati possunt; pro se & pro quibusdam certis ꝓsonis aduocare. & illi sunt de tertio ordine postulantium. s. ō minori.
o Infames. minori infamia.
p Permittitur. vt sunt illi de scō ordie.
q Officio. vt tutores & curatores.
r Affinitatates. que quōdam. ergo vno coniugium defuncto solnit affinitas. insti. ō nup. §. affinitatis. sed ō. xxxv. q. v. c. j. sed potes dicere q; quo ad impedimentum matrimonij non deletur. sed quoad alia aut quo ad beneficia huius edicti.

diuntur: vt iudices non fiāt. Natura: vt surdus & mutus & qui perpetuo furiosus est. & impubes quia iudicio caret. Lege: qui a senatu amotus est. Moribus: femine & serui: nō quia non habeant iudicium sed quia preceptuz est vt ciuilibus non fungantur officijs. Ceruntamen si seruus dum putaretur liber ex delegatione sententiam daret: quamuis postea in seruitutem depulsus sit: sententia ab eo dicta rei iudicate firmitatem tenet. Item in digesto ti. de postulando.

Infames non possunt esse procuratores vel patroni causaꝝ rum. Sunt autem tres ordines eorum qui postulare prohibentur. Est autem postulare desiderium suum vel amici sui in iure apud eum qui iurisditiōi preest exponere vel alterius desiderio cōtradicere. Nā vt premisimus non postulātiū tres ordines sunt. Quidam prohibentur ommino postulaī vel propter etatem: vt minores. xvij. annis vel propter casuz vt surdus qui prorsus non audit. Alij prohibentur ne pro alijs postulent vel propter sexum vt femine. vel ꝓpter casuz vt vtroq; lumine orbati: vel propter non tam infamie turpitudinis vt hi qui corpore suo muliebria passi sunt nisi forte vi predonum vel hostium stuprati probentur. Similiter qui capitali crimine vel calumnie causa publici iudicij sunt damnati. vel qui operas suas locauerunt vt cuz bestijs depugnarent in arena pro alijs postulare prohibentur. His personis pro se allegare permittitur pro alijs postulare prohibetur nisi forte tutelam impuberum vel curam adolescentium non affectatam sed necessariam administrent pro bis enim quorum curam gerūt eis postulare conceditur. Alij enizᵒ omnes qui vt infames notantur: nisi pro se & pro certis personis postulare non possunt nisi in integruz restitutionez acceperint. Permittitur autem eis postulare pro parē te pro patrono & pro patrone pro liberis etiam suis & parentibus patroni & patrone. pro liberis etiam suis fratribus & sororibus socero socru genero nuru vitrico nouerca priuigno priuigna pupillo pupilla furioso furiosa fatuo fatua surdo. p caligo & adolescente. Item pro bis quibus propter infirmitatem curatores dari solent: vt qui negocijs suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt. Omnes autem q nō sponte sed necessario fungunt officio: sine offensa postulare possunt etiaz si bi sunt quibus nō nisi p se postulare permittitur. Affinitates vero non eas accipere debem⁹ que quondaz fuerunt: sed ꝑsentes. Nurus & generi appellatione & soceri & socrus etiam viteriores quibus preposition. p solet accedere cōtinētur.

Arcentur etiam a professione advocatoruz sicut in secundo libro codicis ti. de postulando inuenitur: q sub nomine bonoratiorum ex ipsis negocijs que tuēda susceperit emolumentuz sibi certe partis cuz graui damno litigatoris & depredatione poscentes inueniuntur. Item siquis adeo procax fuerit: vt non ratione sed probris verbis putet esse certandum: opinionis sue immunitionez patietur. Preterea nō licet aduocato vllum contractum inire: vllaz pactionem conferre cum eo litigatore quem in propriam recepit fidē nec ex industria iurgiuz protrahere. Apud vrbem romam etiam bonoratis qui hoc officium putauerit eligenduz: eousqz liceat orare quousqz maluerint videlicet vt non ad turpe compendium vel etiam stipendiuz deforme hec arripiatur occasio. nam si lucro pecuniaqz capiantur velut degeneres inter vilissimos numerabunt. Si vero in vno auditorio duo tantum vel plures q ceteris fuerint quorum fama sit hilarior: in iudicantis officio sit vt par causidicoruz distributio fiat & exeq̄tur pro partibus auxilium singulorum. Siquis vero commonitus a iudice ea excusatione que nequeat comprobari cuicunqz parti patrocinium denegauerit: careat foro. Sciat etiam nunquam sibi agendi copiam posse restitui. Siquis autē ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum pluribus & aduersario suo subtraxisse parez defensionis copiā: ostendet proculdubio iniquam a se litem foueri & auctoritatem iudiciariam elusam a se experietur. Item quamis illi qui causam fisci egissent: prohibeantur aduersus fiscuz patrocinium prestare tñ hodie etiā aduersus fiscū patrociniuz possūt exhibere priuatis: etiā dum eam causam declinent suscipere quam tractauerant dum fisci aduocati fuerunt. Item si contra patrem pupilli caulaz egisti: tutor vel

s Prepositio. s. patruus istorum vel viris istarum. & dicitur proscer. i. pater soceri. progener maritus neptis nā gener filij mei est mihi progener.
t Arcentur sibi certe partis de parte litis nō lz paciscī. vt. ff. de pac. sumptus sed super certa re licet. ar. C. de sniam passis. si debitor. lz. Mo. direrit. q; licet de aliquota re paciscī sine graui detrimento partis. vt hic. tñ vltra centū aureos non licet paciscī. vt. ff. de var. & extraor. cog. l. j. §. i bonorarijs.
v Preterea hōtū est post facto ab initio tñ pōt. xj. q. iij. non lz. sed si non fecit pactum: postea ei dabit ꝓ mō litis & facundia aduocati & pro ꝓsuetudine regionis. vt ff. ō var. & extraor. cog. l. j. §. in bonorarijs. vel loquit de tali qui sponte sē vinci sustinet in aliqua exceptione. vt fic asserat se non posse fouere cām nisi augmentetur salarium qō fieri non dz. ar. medici vt. ff. de var. & extra. cog. medicus.
x Ex industria. qō si fecerit eū iudex puniat in duab⁹ libris auri. C. de iudi. prōperandū. §. illo proculdubio.
y Apō vrbē. ō eadē lege ē.
z Etiam bonoratus. etiam melioribus.
a Eligendū. vt sunt aduocati.
b Maluerit. i. quousqz tale officiuz voluerit exercere vñ nō est hic ar. qō aduocati tandiu audiantur ꝙdiu volunt allegare. quia iudex potest aduocatos remouere cū voluerit. vt. ff. ō his que intesta. delen. l. iij. in fi. & C. de iudi. aufī. iubemus.
c Non ad turpe. i. ad modicuz & vile. & est ar. q; bona dona danda sunt doctorib⁹ vt. ff. de admi. tu. cum plures. & ff. ō oꝛi. iuris. l. ij. §. vl.
d Pecuniaqz. modica.
e Si vero. C. e. prouidendum.
f Ut par. illud olim obtinuit cum salaria dabantur de publico. hodie vtraqz ps sibi dz prouidere: vt. C. de iudi. l. properādū. §. illo. tamē pueris & debilib⁹ & pauperibus pretor dabit aduocatum: vt. ff. de postula. l. j. §. ait pretor.
g Foro. ff. de penis. motis §. j.
h Siquis. iniquam. sic extra de testi. intimauit. & extra de testi. cogen. puenit.
i Quāuis. verba gregorij.
k Tñ hodie. verba legis.
l Cām. nisi suā vel parētum suoz vel pupillorum suorum iniuriam prosequātur. ff. e. l. pe. §. vlti.
m Item si ꝓra. male ponit litterā que est. ff. e. l. vlti.
n Tutor. ar. q; rōne officij licz quod alias nō liceret. vt. xciij. di. precipimus. & C. de admi. tu. cū quidā. Item ar. q; si iudex successit appellanti. q; pōt propriam sniaz impugnare. ff. de iudi. iulianus ait. Item ar. q; si iudex a quo appellatur efficit illius iurisditionis cuius est ad quē appellatur. q; possit cognoscere. vt. xj. q. iij. si episcopus. q; iā videtur alia ꝓsona. ff. qñ appel. fit. l. j. §. sed & si preses. ar. ō. ff. de iurisdi. om. iudi. pretor. io. So. consuetuit dici q; dz cām alicui delega-

re:vt.ff.de iurisdi.om.iu.pretor.vñ glosak ibi põt.i.dz aliogn posset recusari.b.

a Cognitores.exponit primum capitulum huius questionis.

b Non ex arbitrio.ff.de arbi.pedius.

c Filius.ff.de arbi.quin etiam.

d Et iudicem.sed ꝺ.ff.de iurisdi.om.iudi.qui iurisditioni.vbi dicitur ꝙ iuder nec sibi nec liberis suis ius dicere põt sed illud intelligas in criminali cã:secꝰ in ciuili.sed tamen in criminali cã põt vsqz ad litis contest.dicere ius suis:vt.ff.de offi.presi.senatus.tñ delegatus iudex nõ põt esse filius patris.vt extra de appel. postremo.

e Siquis vero.verba huius legis sunt.ff.de arbit.ſz z si.ſ.si quis.

f Iudex.quidam ita intelligunt vt hic duo prohibeãtur hoc.s.vt ordinarius vel iudex alter non possit esse arbiter de ea re de qua iudex fuit. Item z hoc prohibetur ne iubeat cõpromitti in se. Quare autem ordinarius non põt esse arbiter tripler assignatur ratio. Una quia ſm hoc ordinarius semp ꝓcuraret vt eligeretur in arbitrum.ne ab ipso possit appellari aliaratio est.qꝛ ordinarius ꝺz cogere arbitrum vt procedat z ꝺz suam sentẽtiaz mandare executioni.extra de fo.compe.siquis ꝓtra ff.de arbi.l.iij. Sed hoc nõ posset esse:cum idez esset ordinarius z arbiter. Tertia ratio est:qꝛ arbitria sunt ad modũ ordinarie iurisditiõis z sic sequeretur ꝙ aliqd cẽt simile sibiipi sicut nõ simul possunt concurrere, iura naturalia z iura adoptiõis vt insti.de adop.ſ.iij.to. Ego credo tñ ꝙ ordinarius possit esse arbiter.vt no.ij.q.vj. a iudicibus.nunq̃ enim precise inuenies ꝙ ordinarius non possit esse arbiter. Sed vbiqz dicitur ꝙ non põt cogere partes vt in se compromittant.vnde licite compromittitur in euz volentibus partibꝰ:vt.ff.ꝺ tu.z cu.l.iiij.

g Porro ifamia. Fama opinio z estimatio idem est. Fama ẽ illese dignitatis ita tus moribus z legibus cõprobatus.ff.de var.z extraord.cog.l.pe.ſ. estimatio. Infamia alia iuris alia facti. Infamia facti est qñ gs aggrauat vel ifamat apꝺ bonos z graues:de qua agit.ff.ꝺ obsequis libertoꝝ.l.j.z.l.ls z.vj.q.j.sunt plurimi.s.qñ lesa est fama alicuius pp factum ꝙ cõmisit apud bonos z graues. Utrum autem hec infamia repellat ordinandum dist.ij.q.vij.ipſi apostoli.z q.viij.in summa. Infamia est diminutio status alicuius:hec infamia que dicitur infamia iuris quandoq; irrogatur ipso facto z aliis modis vt hic dicitur. Per sententiam infamatur quis cum de crimine publico conuincitur quis vel ciuiliter vel criminaliter:vt.ff.de pub.iudi. infamen.nisi in casu:vt ff.de pub.iudi.l.vl. In priuatis delictis si quis criminaliter sit cõuictus z cõdemnatus si sit tale crimen quod descendit ex actione famosa tunc infamatur:vt.ff.de bis qui no.infa.quid ergo.ſ.vlti. Sed si ciuiliter agatur:non.ff. de cri.ſtel.l.ij.nisi in casibus scilicet in actione furti.vi bo.rap.iniuriarum.z dolo mali:vt.ff.de bis qui no.infa.athletas.ſ.vl. Item fallit in crimine expilate hereditatis:vt.C.de bis qui no.infa.si te.expilasset.z in crimine sepulchr violati.vt.ff.de sepul.vio.l.j. Et quãdo mulier calumnioſe se mitti facit in possꝫ sit grauida:vt.ff.e.l.notatur. Sed pro actionibus que ex contracto descendunt nemo fit infamis:nisi in quatuor casibus:vt.ff.de bis qui no.infa. furti.ſ.mandati.s.cum directe conuenitur actione tutele mandati.depositi z pro socio vt ibi dicitur.per sententiam arbitri nemo infamatur.ff.e.l.quid ergo.ſ.ex compromisso.sed hec distinctio nõ videtur habere locũ ſm canones

curãtor datus eãdez causam defendere non prohiberis. Cognitores vero ex officio intelliguntur non ex arbitrio. Nihil enim refert cum q arbitrium suscipit.an sit integre fame:an ignominiosus. Filius etiaz in re patris arbiter esse potest. Naz z iudicem cum esse posse plerisque placet. Siquis vero iuder sit:arbitrium recipere eiusdez rei de qua iuder est z in se compromitti iubere prohibetur.z si sententiam dixerit:non est danda pene persecutio. Seruus arbiter esse nõ valet.libertinus põt. Porro infamia multipliciter irrogatur. Aliquando.n. contrahitur genere delicti declarati per sententiam: veluti cum iudex pronunciat:iniuriam fecisti heredi tatez expilasti:calumniatas es. Aliquando genere pene ficut illi qui damnantur in opus publicum qui pristinum quidem statum obtinẽt sed damno infamie etiam post impletum tempus subijciuntur. Aliquãdo genere pene z delicti declarati per sententiam: veluti daz fustibus ceso per preconez dicitur si copbantis ideit calumniator. Aliquando ipso genere facti vt exercẽtes improbaz fenus:z illicite exigẽtes vsuras vsurarum:z mulier que intra tempus quo moris est lugere maritum: contrahit matrimoniuz z qui sciens eam vxorem duxerit. Idem testatur felix papa:z eisdem verbis. Item in euangelio ille qui trabem gestat in oculo: probat nõ posse educere festuca de oculo fratris sui. Item dauid in li.psal.peccatori autem dixit deus q̃re tu enarras iustitias meas:z assumis testamentum meum ꝛc. Item gregorius cuius vita despicitur:restat vt eius predicatio contemnatur.

Idem in moralibus.

Qui aliorum vicia punisit:sua prius corrigere studeant.

QUi sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat.ad aliena quippe peccata punienda ibant:z sua relinquebant.reuocentur igitur intus ad conscientiam:vt prius propria corrigant z tunc aliena reprehendant. hinc est quod cum tribus beniamin in carnis scelere fuisset obruta: collectus omnis israel vlcisci iniquitatez voluit. Sed tamen semel z iterum in belli certamine est ipse prostratus consulto enim domino si ad vlciscendum ire debuisset.iussum est vt iret.qui iuxta diuine vocis imperium perrexit.z semel z secundo perdidit z tunc demum peccatricez tribum valde feriens pene funditus eam extinxit. Quid hoc est quod i vltione sceleris inflammatur:z tamen prius iste prosternitur:nisi qõ prius ipsi purgandi sunt:per quos aliorum culpe feriuntur: vt ipsi iaz mundi per vltionem veniant :qui aliorum vitia corrigere festinant.

Item ambrosius super.beati immaculati.

Ille de vita alterius iudicet:qui nõ habet in seipso quod puniat.

IUdicet ille de alterius errore qui non habet i seipso quod cõdemnet iudicet qui non agit eadez que in alio putauerit punienda:ne cum de alio iudicat in se ferat sentẽtiam: Judicet ille qui ad pronunciandum nullo odio:nulla offensione:nulla lenitate ducat:z post pauca. Bonus iuder nihil ex arbitrio suo facit z proposito domestice voluntatis sed iuxta leges z iura pronunciat: statutis iuris obtemperat non indulget proprie voluntati .nihil preperatum z meditatum de domo defert:sed sicut audit ita iudicat z sicut se habet natura decernit obsequitur legibus non aduersatur examinat cause merita:non mutat Discite iudices seculi quem in iudicando imitemini. Si enim ille qui omne mortale crimen, infamet.vt.ſ.e.q.v.constituimus.z.vj.q.j. infames.z.c.omnes.

b Pene hoc falsum est qꝛ sola pena nõ infamat.C.e.l.nullam.

i Sicut.aliqua euidẽti causa precedenti ex qua si esset condemnatus infamaretur.ff.de bis qui no.infa.ictus fustium.sicut est in furto cum quis i manifesto furto deprehenditur.

k Qui damnãtur sine sententia.z sic nõ est hoc membrum superfluum.

l Pristinuz.s.libertatem.

m Declarati.quandoq; etiaz si nõ declaratur.vt cum militi ꝺ trabũtur insignia militie ls non dicak cã.vt ff.e.l.ij.ſ.j.

n Per sniam.istud nõ videtur differre a predictis.nisi ꝙ duo mẽbra ꝓiungũtur in vnũ.nisi velis dicere qꝺ aliqd operank ista verba cum dicitur ei fichophãtis .commedens ficus.

o Intra tẽpus.hoc tamen non tenet ſm canonem.vt extra de secun.nup.super illa.

p Item gregorius contemnatur.i. contẽptibilis habeatur:nõ tamen cõtemni debz vt.j.q.j.si fuerit.z.c. multi.z.xv.q.vl.c.vlt.

q Qui sine peccato.vlciſci.ar.ꝙ si iuder nõ exhibet iusticiam de aliquo subdito.ipse conueniendus sit: vt. xxiij.q.ij. dominus noster.z in consti.federici.habita C.ne filius pro patre vbi dicitur ꝙ si iuder ciuitatis debitam iusticiam nõ exhibet cõueniri potest.

r Pene.quia tantum sercenti remanserunt.z sic hec dictio pene ad magnaz quãtitatez refertur.sic ponitur .xxxiij.q.v.qualis.

s Funditus.arg.ꝙ post penitentiaz restituitur aliquis pon dignitati .xxvj.q.v. qui cunqz.z.l.di.domino sancto.z.c.qꝛ tua sanctitas,sed illud intellige quo ad iudicandum z predicandum.non ad accusandum vel testificandum vt.vj.q.j.qui crimen.

t Udicet.condemnet.i.dignum sit condemnatione.

v Judicet.odio.xj.q.iij.quattuor.

x Voluntatis.sed nonne iuder põt iudicare ſm ꝙ sibi iustum videk vt.ff.de arbi.qualem.z ex sñia,sui animi estimabit:qd aut credat aut parum esse probatum videatur.vt.iiij.q.iij.sepe z potius ꝺebz iuder sequi suam opinionem quam concilium aliorum vt extra de cõsue.ad nostra sed dico ꝙ tenek seq opinionẽ suã sed nõ voluntatẽ .qñq; tñ sequtur opinionem aliorum potius ꝙ suam. vt extra de ap.cum cessante.

y Audit.argu.ꝙ ſm allegata est procedendum.vt.ff.de offi.presi.illicitas.ſ.veritas.s ij.q.j.deus omnipotens.j.xj.q.iij.illa.z.c.summopere.z.vj.q.j.si tantum.z.c.placuit. Sed contra.xxx.q.v.nullum.z.c.iudicantem contra.j.eo.postulatus contra.sed ſm.b. delegabit causam si b.conscientia non concordat allegatis,sed ſm alios potest determinare ſm allegata.quia aliud facit aliquis in eo ꝙ iuder est.aliud in eo ꝙ homo est:vt.xxiij.q.iiij.si ecclesia.z sic iudicare potest ſm conscientiam quam habet vt iuder non vt homo.ar.extra de offi.ex.si sacerdos.z extra de offi.dele..pastoralis.ſ.qꝛ vero.z extra de elec.quod sicut.

a In grauibus. Notandum q̄ imputat alicui si malum nunciuz vel stultum procuratorez misit: vt. ff. commo. argē tum. ff. de minori. cuz mādato. ar. ff. ō pub. cum exhibuisset. z ex̄ de ap. sepe in prin.

b Prouocatur. ex vite merito non pōt malus sacerdos dimittere peccata, sed ex officio potest. xv. q. vlti. c. vl. Et est hic arg. orationes malox bis pro quibus orant nocere. j. q. j. fertur. z. c. necesse. z. c. nō nocet. lxj. di. miramur. §. sicut. sed contra. j. q. j. prophetauit.

c Quid. q. deus nō considerat dictuz sed affectum offerētis. vt xxiij. q. j. odi. z proieci quandoqz tamen cōsiderat quid offeratur vt. xlix. di. c. vl. quandoqz cōsideratur pro quo offeratur: vt. j. q. j. dictum.

d Postulat⁹ scribebat. hoc. s. terra terrā accusat vel hoc si quis sine peccato. rē. Et hic est. ar. q̄ sufficit si sentēcia scribatur in pariete. Maz z ibi edicta pretorum olim scribebantur. in albo.

e Obnixe. i. instanter.

f Delicto. vos qui spirituales estis iudicate huiusmodi. l. di. ponderet. ar. ergo q̄ mali non possunt iudicare.

g Sacerdos. sic xlij. di. §. j.

h Et postea. ar. presbyterum post penitētiaz posse restitui. l. di. de his vero.

i Et non publicare ea que quis ei in secreto direrit. alias deponitur. j. ō pe. di. vj. sacerdos. hodie ponit in artum monasteriū ad agendam penitentiam. perpetuam: vt extra de pe. z re. omnis. in fi.

k Sic z acbab. xxij. q. ij. vtilem.

l Quod aūt ab olim episcopis prouincie dz audiri cā episcopi: vt. ō. c. q. vj. si qs episcopoz. vel. xij. ad minus quos ipse metropolitanus eligit vel ipse reus si electos a metropolitano habet suspectos. j. e. q. j. c. j. z tales coepiscopi nō candō tenere debeatis affectū: quā societatem quam sobrietatem quā sinceritatē z paulo post: qui iudicat voluntati sue obtemperare non debet sed tenere quod leguz est. z post panca in iudicando cordi magis est custodia veritatis: quam obedientia voluntatis. Item gregorius.

Grauat⁹ cribus iudicare nō valet.

In grauibus⁹ peccatis quis positus dum suis premitur aliena non diluit. Cunctis. n. liquet: quia cum is displicet qui ad⁹ intercedendum mittitur: irati animus proculdubio ad deteriora ꝓuocatur⁹ scriptum quippe est: victime impiorū abominiabiles deo sunt: vota iustorū placabilia. Neque. n. in omnipotentis dei iudicio quid⁹ sed a quo datur inspicitur. hinc est quod scriptuz est. Respexit deus ad abel z ad munera eius: ad cbaim vero z ad munera eius non respexit. dicturus q̄ pe quia dominus respexit ad munera premisit solicite quia respexit ad abel. ex qua re patenter ostendit quia non offerens a muneribus: sed munera ab offerente placuerūt. dona quippe iniquorum non probat altissimus: nec respicit in oblationibus eorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propiciabitur peccatis. Item longe est dominus ab impijs. z orationes iustoruz exaudiet. Idez.

Primuz nosmetipsos: deinde proximos debemus corrigere.

Postulatus iudicare dominus de peccatrice non statim dedit iudicium: sed prius inclinans se deorsum digito scribebat⁹ in terra ac sic demuz quod obnixe⁹ rogatur iudicat nos videlicet typice instituens vt cum quelibet proximorum errata comspicimus: non hoc ante reprehendendo iudicemus: quam ad conscientiaz nostram humiliter reuersi digito eam discretionis solerter exculpemus. z quid in ea cōditor placeat quidue displiciat examinatione dirimamus. Juxta illud apostoli: fratres si occupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto⁹ rē. qui sine peccato est vestrū. i. primo vos ipsi iusticiam legis implete z sicut innocentes manibus ad lapidandaz ream concurrite. Item augustinus ad quēdam comitem.

Sacerdos primum sua peccata: deinde aliena detergat.

Sacerdos⁸ vt sapiēs medicus z perfectus: primum sua peccata filūere sciat. z postea⁸ aliena detergere z sanare z non publicare⁸.

¶ Innocens credit omni verbo non vituperanda facilitas sed laudanda bonitas. hoc est innocẽtem esse. ignorare quid noceat. ⁊ si circũscribitur ab aliquo: de oĩbus tamen iudicat qui fidem esse i omnibus arbitratur. hac igitur mentis sue dote iclinatus iesus vt crederet gabaonitis. testimõ dei imposuit: pacem dedit. ꝓfirmauit societatẽ. sed vbi in terras eoꝝ est ventum deprehẽsa fraude: ꝙ cũ essent finitimi adiacenas se esse simulauerũt: circũscriptum se populus patrum indignari cepit. iesus tñ pacem quam dederat reuocandã nõ censuit: q: firmata erat sacramenti religione: ne duꝫ alienã perfidiam redargueret suaꝫ fidem solueret. mulctauit reos meliori tñ obsequio ministerij. clemẽtior enim ira sed diuturnior. ¶ Illicitum ergo iuramentuꝫ qõ seruari ꝓhibetur intelligenduꝫ est quod scitur esse illicitum dũ iuratur. si autem nescitur illicitum esse: ipa ignorantia excusat. si putetur illicitũ esse nõ ex ignorantia iuris sed facti. Aliud est enim si alicuius copula creditur esse licita: q: nescitur esse consanguinea: vel q: creditur eẽ vidua Aliud si iõ putatur licita: q: consanguinearũ coniunctio vel relictaruꝫ copula nullo iure credatur esse prohibita. hic enim est ignorãtia iuris: que neminem excusat nisi cui ꝑmittitur ius ignorare. ibi vero ignorantia facti qua quisq; vere excusatur. seniores aũt israel nõ ignorabãt gẽtes terre ꝓmissiõis ex precepto dñi esse delendas: sed ignorabãt gabaonitas eẽ incolas terre ꝓmissionis. ignorabãt siquidem factuꝫ: sed non ignorabant ius facti: atq; iõ ⁊ si illicitum eẽt qõ iurauerũt: tamẽ licite seruariꝰ debuit qõ iuramẽto firmauerũt. Quod aũt illicitum iuramẽtum seruari ꝓhibetur nõ est generaliter intelligendũ. iuramentũ nãq;

b ¶ Clementior. ar. ꝙ si iudex faciat aliquid qõ nõ multũ differt a mãdato. ꝙ nõ dicitur excessisse fines mandati. si enim mãdatur aliqbus vt eligant possunt postulare. vt extra de elec. in cãis. ⁊ de postu. post translationem. in prin. Et de hoc notaui plura ar. viij. q. j. licet Item habes hic ꝙ licite cõmutatur vna pena in aliaꝫ. vt. ẽ. v. q. vj. q: iurta. ⁊. lxxxij. di. presbyter. ⁊. xxxvj. q. j. de raptoribus. io.

vt hyeronimꝰ testatur sup hieremiam debet hẽre, tres comites: veritatem: iudicium: ⁊ iusticiam. vbi aũt ista defuerunt nõ est iuramentũ sed periurium. Cũ datur intelligi illicitum esse iuramentum cui aliqd istorum defuerit non tñ cuicũq; cõtigerit aliquod istoꝝ deesse prohibetur seruari. aliqñ nanq; iuramento deest iusticia: veluti cũ quispiam post votum castitatis ducit vxorem: iuramento firmans nũquamꝰ ab ea discessurum. quod quãuis illicituꝫ sit: q: iusticia sibi ꝓbat deesse tamẽ auctoritate augu. seruari precipitur hoc aũt si quis contendat prerogatiua cõiugij nõ propter religionem iurisiurãdi seruari animaduertat gabaonitas ob solamꝰ religionẽ contra domini imperiũ reseruatos. Cũ ergo omne dñi ꝓceptũ iustũ sit: patet ei iusticiam deesse qõ eiꝰ ꝓcepto ꝓtrariuꝫ inuenitur. Iudiciũ quoq; aliqñ iuramento ꝓstat deesse: veluti cuꝫ ꝓpria temeritate aliqs ductus iurat se mãducaturꝫ ⁊ bibiturꝫ. hoc quãuis leuitate indiscreta illicitum ꝓbetur. nõ tñ iõ violari iubeꝫ Iuramentũ itaq; multipliciter illicitum intelligitur. est. n. illicituꝫ aliquando ex eo quod iuratur. aliqñ ex causa extra uenienti aliquando ex modo iurandi. Ex eo quod iuratur tunc est illicitum iuramentum qñ id qõ iuratur in sui natura vitiosum est vel vitam adimẽs vt adulterium homicidiuꝫ ⁊ bis similia: vl reparari nõ ꝑmittens veluti cũ inimico ad pacem nõ redire: indigẽti misericorditer nã subuenire. ista q: ꝓspicuã in se habent iusticiã: ⁊ si iuramento firmentur: tñ seruari non debent. circa hec vtiq; iuramẽta intelligenda sunt que de illicitis iuramentis nõ obseruandis supra statuta leguntur. Quisquis ergo se iuramento firmauerit aliqd facturum quo vel corporalis vel spiritualis salus adimaf: vel sine quo vtraq; salus reparari vel ꝓfirmari nõ possit: fidẽ ꝑmissam seruare ꝓhibetur quoꝝ exẽpla permisse auctoritates subijciunt: dũ euꝫ q homicidium facere: vel alimenta matri ⁊ fratribꝰ nõ subministrare. in adulterio permanere: vel ad pacẽ cũ aduersario nõ redire: iuramentũ prestando ꝑmiserit: salubriorꝫ ꝓfilio illicita vota obseruare nõ ꝑmittuntur. Est ẽt id quod iuratur aliqñ vitiosum nõ in natura sui. sed ex causis extranee̊ntibus: veluti cũ aliqs post votũ castitatis iurat alicui se habiturum eã in ꝓximẽ: cõiugẽ; nãq; habere i se ipso malũ nõ est: tñ huic ex voto pniciosum est. hoc aũt iuramentuꝫ etiã si illicitũ sit: nõ tñ seruari ꝓhibi-

i ¶ Illicituꝫ. i ꝓma parte. §. dic magister ꝙ tunc sacrm illicitũ nõ sit seruandũ cum iurans ꝛpe quo iurat scit illud esse illicitum sed si ignorat illud eẽ illicitum. dummodo nõ sit ibi ignorãtia iuris non peccat. ⁊ hoc durat vsq; ad illum locum qõ aũt illicitũ scõo ostendit ꝙ nõ ẽ hoc generaliter verꝫ. q: si i aliquo iuramẽto deest aliqd istoꝝ trium. vel iusticia vel veritas vel iudicium qõ illud non sit seruandum. Tertio dicẽdũ ꝙ iuramẽtum qñq; est illicitum rõe rei ꝺ qua quis iurat qñq; ex cã superueniente. qñq; ex modo, iurandi. io.

k ¶ Juris. ẽ. j. q. iiij. in fi.

l ¶ Nisi cui. vt militibus mulieribus. rusticis ⁊ minoribus.

m ¶ Seruari. hec nõ est rõ sufficiens.

n ¶ Plus ꝙ. nõ bene dic. quia si ille vouit simpliciter postꝙ duxit vxoꝛ iurat ꝙ nõ dimittet eã. illud iuramentum licitum est. sed si prius vouit ꝙ ducat vxoꝛ. tunc potius seruabit votũ ꝙ iuramẽtum sequẽs. vt extra q cle. vel vo. rursus.

o ¶ Ob solam. nõ est hoc verum. io.

a Quod aũt illud nõ habet dubitationem: an periurus sit q̃ alium cogit periurare nam & si ipse non ꝓprie dicatur periurus tñ moraliter peccat: q̃ quod alter mandato nostro facit: nos reputamur fecisse: vt extra de sen. ex mulieris. vtrũ aũt inde licite ꝑ ssit recipere iuramẽtum illius quẽ scit velle periurare: dic vt di xi. s. xv. qõne. v. qui ꝓsbyter.

b Qui cõpulsus. & miles. latro cibus. n. nõ debet aliquis parere dño. vt xi. q. iij. nõ semper. & c. si dñs. & c. qui resistit. & ff. de reg. iur. ad ea.

c Quia plus dñm quod esse nõ dz. vt. xi. q. iij. nolite.

d Si liber ẽst. alibi magis pũitur suus q̃ liber: vt. xxiij. q. j. q contra. sed hic excusatur ꝓpter preceptum domini. io.

e Quadraginta dies. vel ꝓtinue vel interpolatim.

f Septẽ ãnos. non tamẽ in pane & aqua.

g Quadragesimas vnam ante festũ natalis: aliaz ante pascha terciam ante festũ sancti ioannis.

h Et legitimas. i. secũdam & quartam & sextam ferias: vt ō ꝓse. dist. iij. ieiunia. & xxxij. di. ꝓsbyter. io.

i Qui pĩurat. cõsecrata. q̃ ꝑto sanctius est per qõ iuratur: tanto maius & periurium. vt. s. e. q. j. mouet. nũquid ergo maius sacrilegium cõmittunt qui verberãt clericum in maioribꝰ ordinibus ꝓstitutum q̃ in minoribus credo q̃ sic. vt. xvij. q. iiij si quis deinceps. & c. qui subdiaconum. & c. qui occiderit.

k Et ignorans: esse peccatum qõ iurauit. Nam si fuisset ignorantia facti nullũ eẽt peccatũ, nisi ignorantia fuisset crassa: que neminem excusat. C de rescin. vẽ. quisqs.

l Siquis. redimẽda. licet. n. timore mortis iurauerit: tñ peccauit. vt. xxxij. q. v. ita ne. sed rõe coactiõis mitigatur penitentia. vt extra qõme. cau. facris. nõ est ꝓtra. xv. q. vj. c. j. ibi. non absoluunt a peccato ista iuramẽto. io.

m Alii. ergo illa q̃ est minor est imponẽda. vt. l. di. c. eos vero.

n Siqs. sine pnia. interiori vt. vj. q. j. quicunq;. io.

o Lle. vincit. non intelligas q̃ plꝰ peccat periurus q̃ homicida imo ille plus peccat: vt. xxij. di. c. j. Sed dicitur eũ vincere. q: maius damnũ facit: q: maius damnũ est in amissione vnius anime q̃ mille corporũ. vt. xxxiij. q. iij. si hẽs. io.

p Qui exigit humana. i. de humana infirmitate procedit. vt. s. e. questione. j. non est.

q Impresserit. multipliciter cogendo. io.

r Siquis. infamia. an iuramentũ infamet vel non: nõ. vj. q. j. quicũq;. sed coacti si iurassẽt nõ infamarentur. vt. s. q. pri. interest.

s Itez qui audit. falsum. supple: nisi indicauerit: portabit in equitatem suam. io.

t Hec vi detur. fuit. i. talem habuit inde notici q̃ huius rei potuit esse testis & quod sequitur ê exꝓsitio.

v Indicauit. videtur ergo q̃ valeat testimoniũ de auditu vt hic. & xv. q. v. ꝓsbyter. & xxvj. q. vj. qui recedũt. & ij. q. j. multi nam & testes intelliguntur scire que acta sunt a testatore si priores testes eis hoc dixerũt vt C. de testi. cũ antiquitas. in fi. rũ. i. ar. ꝓtra. iij. q. ix. testes v. q. ij. relatũ est. Ad hoc dicas q̃ hic loqtur in cã denũciationis vbi modica scia aliquã fidem facit ar. extra. de spon. ꝓterea. imo & in iudicijs facit fidem testimoniuz de auditu: vt extra ō suc. ab intesta. cũ dilectus. extra de testi. cum cãm. io. ſz testimonium de auditu ẽ ꝓprie cuz aliquis audit aliqd dici esse factũ: sed si audit ꝓtrahẽtes nõ est testimoniũ de auditu & hoc innuit extra de testi. ſz tñ hoc. c. nõ loquitur de vera denũciatione sed potius de indicatione. s. cũ quis indicat alij q̃ aliquis vult peccare. & spectat ad delicta cõmittẽda: sed denũciatio spectat ad delicta cõmissa: & ad illa nõ tenẽtur: nisi qui habent magistratũ super aliquos: & illa denũciatio dicit euãgelica: ista dicitur canonica. & hec ꝓbatur semper: illa vero nõ. & sic ꝓz q̃ crimina nõdum cõmissa possumus denũciare: vt hic. & xc. iij. di. diaconũ. ibi vicinum precipitio &c. ex̃ de despon. impu. c. penul. ex̃ de cogna. spi. tua. io.

---

betur: sed de violatione voti pnia sibi iubet indici. Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentũ quando inconsiderate incircũspecte aliquid iuratur: quo nec corpalis nec spũalis salus admatur: & ĩum quo vtraq; salus repari & vita ꝓseruari valet: veluti dũ aliqs a parentibus coactus vt clericatus tonsuraz vel religiõis vestem suscipiat se neutrũ factuz iuramento firmauerit. hoc quãus aliqbus videatur reprehensibile: q: opus charitatis iuramẽto se nõ factuz ꝓmisit: nulla tñ auctoritate seruari ꝓhibetur: q: & si nunquã clericatus tõsuram vel religionis vestem suscipiat: nõ tamen iõminus salutem ꝓmereri valet: cuz nõnulli in laicali habitu sanctissimi & deo dilecti inueniantur. quo exẽplo euidenter datur intelligi: quotiens aliqs iurat se nõ factuz aliquid quo expediuor sibi via ꝓparetur ad beatitudinẽ: dummodo sine eo valeat salutem inuenire: q: iuramẽtum nõ ꝓhibetur seruare. vnde cuz nos iuramus nõ daturos aliqd alicui sine quo vtraq; salus ei⁹ põt eẽ incolumis. & si aliqua ex eo sibi cõmoditas ꝓstaretur: nulla tamen auctoritate iuramentũ seruare ꝓhibemur: dũmodo sit nobis alia via necessitatibus eius subueniendi.

C. v.

Quod aũtᵉ quito loco queritur si licitum eẽt q̃ archidiaconꝰ iurauerat: an epͣs esset reus pĩurij q ad peierandum archidiaconum cogebat: facile põt discerni. si. n. ꝓsentiẽs pari pena cum faciẽte puniendus est: multo magis ille qui cogit reus admissi cris probatur. Unde pius papa ait.

Qui peierare cõpellit & qui cõpellitur: pĩurus vterq; ꝓbatur.

Qui cõpulsus a domino scientis pĩurat: vtriq; sunt pĩuri & dominus & milesᵉ. dñs q: precepit. miles: q: plus dñm ꝑ quam aiam suaz dilexit. si liber estᵉ. xl. diesᵉ in pane & aqua peniteat: & septem sequentes annosᵉ si seruus eiusdem: tres quadragesimasᵉ & legitimasᵉ ferias peniteat. Item.

Penitentia eius q in manu epi aut in cruce cõsecrata periurat.

Qui pĩurat se in manu epi aut i cruce ꝓsecrataᵉ: tres annos peniteat. si vero in cruce nõ cõsecrata annum vnũ peniteat. qui aũt coactus fuerit & ignorans ꝑ se periurauerit: & postea cognoscit: tres quadragesimas peniteat. Item ex penitentiali. theo.

Qua pena sit feriendus qui necessitate coactus periurat.

Siquis coactus pro vita redimẽdaᵉ vel pro qual ibet causa vel necessitate periurat: q: plus corpus quã animam dilexit: tres quadragesimas peniteat. Aliiᵐ vero indicant tres annos vnũ ex bis in pane & aqua. Item gela. pa.

Qui deierat & alios deierare facit q̃ pena sit feriendus.

Siquis pĩurauerit & alios sciẽs in pĩurium duxerit. xl. dies peniteat in pane & aqua & septẽ sequẽtes annos: & vnusquisq; sit sine pnia. & alij si cõscij fuerint similiter peniteant. Itẽ aug. in sermone ō decollatione sancti ioãnis.

Homicidam vincit: qui sciens ad periurium compellit.

Ille qui hoiem prouocat ad iurationẽ: & scit eũ falsum iuratuz esse: vincitᵒ homicidã: q: homicida corpus occisurus ẽ: ille animã imo duas aias: & eius aiam quez iurare ꝓuocauit & sinã scis verũ esse quod dicis: & falsum qõ ille dicit: & iurare cõpellis ecce iurat ecce periurat: tu quid inueniſti: imo & tu peristi: q de illius morte satiari voluisti. Itez in sermone de periurijs.

Non peccat qui iuramentũ exigit ab eo quem nescit falsum iurare.

Qui exigitᵉ iurationem. multũ interest si nescit illum iuratuz falsum an scit: si. n. nescit & iõ dicit iura mihi vt fides ei sit non est peccatum: tñ humana tentatio est. si autẽ scit eum fecisse: & cogit eum iurare homicida est. Ille enim se suo pĩurio interimit: sed iste manũ interficientis & imꝓssitᵉ Item ex concilio. magocensi.

Usq; ad extremũ vite non cõicet: q alios ad periuria trahit.

Siquis ꝓiectus fuerit alios ad falsa testimõia vel periuria attraxisse vel quacũq; corruptiõe sollicitasse: ipse qdem vsq; ad extitũ vite non cõicet. hi vero q ei in pĩurio ꝓsensisse ꝓbantur: postea ab oi testimonio sunt remouendi: & ſm legez infamiaᵉ notabũtur. Itẽ q auditᵉ aliquẽ falsuz iurare & tacet delinqt. vñ aug. ait in qõmbᵒ lenticl. c. i. aia que audierit vocẽ iurãtis falsuz &c.

Cui sit indicandũ falsum quod ab aliquo iuratur.

Hoc videtur dicere peccaf homineꝫ quo audiente iurat aliquis falsum: & scit eũ falsuz iurare & tacet. tunc aũt scit si eius rei de qua iuratur testisᵗ sintᵉ aut videãtᵉ aut cõscius fuerit. i. aliquo modo cognouit aut oculis suis cõsperit: aut ille ipse q iurat illi indicauitᵉ. ita. n. potuit esse ꝓscius. ſz inter timorem huius ꝓditionis bonum nõ pua exiliit plerunq; tentatio. possumus enim

a ¶ Iurauerit.l.iurare voluerit.
b ¶ Mortis.de facto.q; de iure propter vnius dictum nō posset iudicari.ꝛ est ff.de pe.di.j.c.pe.
c ¶ Prodesse.vt sunt sacerdotes.vt.xliij.q.v.deniq; qui ergo dicit talibus q possunt ꝓdesse nō dicitur prodere: vt.ij.q.j.si peccauerit.
d ¶ Quaeritur. incidentem ponit hic questionem.qualiter iuramenta sunt intelligenda.ꝛ distinguitur. aut vterq; habet rectum intellectum. aut vterq; dolosum aut alter tantum hꝫ rectum si ab vtroq; iterponitur dolus: tunc est intelligendum ꝑm cōem significationē verborum. vt extra de spō. ex litteris: si a neutro interuenit dolus. tunc interpretandus est ꝑm intellectū vtriusq;. si verba possint vtriq; intellectui adaptari. si ab altero tm̄ tunc intelligendū est ꝑm eū qui recte itelligit sic videtur distingui. j.eo.§.ex his. Instipulationibus ꝛ alijs contractibus cōtra stipulātem ꝛ vendentem interpretādū est. sed in iudicijs pro actore vt.ff.de ver.ob.inter stipulātem.§.j.ff.de ꝓtraben.emp. labeo.io.
e Quacunq; intelligit. i. intelligere dꝫ. ꝛ est si. j. de con.di.iij. non illud
f Quce. super lapidem. fone coopertum ab aduersario vt credantur esse euangelia.
g Humane. verbis. que ille prolulit. ꝛ vult ea aliter interpretari. put verba sonare videntur. qō semper non est faciendum. cum sepe bona verba mala intētione proferantur ꝛ econuerso vt.v.q.v. non omnis. ꝛ.c non osculatur. vt.xxiij. q.j. paratus.

paratum ad periuriū admonendo vel ꝓhibendo a tāz graui peccato reuocare. Sed si nō audierit: ꝛ coram nobis de re quā nouimus falsum iurauerit' vtrū ꝓdendus sit: ita vt ꝓditus etiā periculū mortis' incurrat difficillima qō est. Sed q; hic nō expressit cui hoc indicandū sit: vtrū illi cui iuratur: an sacerdoti cuipiā: qui non solū eū persequi nō pōt irrogando suppliciū: sꝫ ēt orare pro illo potest. vī mihi q; se ab hoc peccati absoluat vinculo: si indicet talibus qui magis ꝓdesse' pōt quā obesse puro: siue eum corrigendo: siue deum pro eo placādo. si ꝛ ipse cōfessionis sibi adhibeat medicinā

Si ergo iste vt supra dictū est qui audit falsum iurare ꝛ tacet delinqt multo magis ille reus ē qui ad deierandū aliquem cōpellit. Queritur' de eo qui verboꝝ calliditate se circūuenire putat illū cui iuramētum defert: an sit reus periurij si seruauerit qō iurasse credit. De hoc ita scribit isido. sniaꝝ li.ij.

De eo qui calliditate verboꝝ iurat

Quacūq; arte verboꝝ quis iurat: deus tamen q; ꝓscientie testis ē: ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit. dupliciter aūt reus fit: qui ꝛ nomē dei in vanū assumit: ꝛ ꝓmum dolo capit. Item ex sermone sancti augu.

Periurus est qui super lapidez falsum iurat.

Quce dico charitati vestre ꝛ q super lapidē' falsum iurat periurus est: vñ hoc dico q; multi etiā in hoc falluntur ꝛ putāt q; nihil est per qō iurant nō se crīe teneri periurij prorsus periurus es: q; per id qō sanctum nō putas falsum iuras. si tu illud sanctū nō putas: sanctuꝫ putat cui iuras. nō. n. qñ iuras: tibi aut lapidi sed ꝓmo tuo iuras. homini iuras ante lapidez: sꝫ nunqd nō ante deum: non te audit lapis loquentem: sed punit deus te fallentem.

Sed obijcitur illud grego. in. xxvj. li. moꝛalium.

Apud dominum verba mea non ex ore sed corde ꝓcedunt.

Humane aures talia verba nostra iudicant: qualia foris sonant: diuina vero iudicia talia foris audiunt qualia ex intimis proferuntur. certe nouerit ille qui intentionē ꝛ voluntatem alterius varijs explicat verbis': q; nō debet aliquis verba' cōsiderare sed volūtatem ꝛ intentionem: q; nō debet intētio verbis deseruire sꝫ verba intentioni.

Si ergo diuina iudicia verba nostra talia foris audiunt qualia ex intimis ꝓferuntur. si intentio nō debꝫ seruire verbis sed verba intentiōi:

b ¶ Verba. ar. potius esse considerādum mentem alicuius q; ipsa verba. vt.j.q.j. marcion. ꝛ de cōse. di.iiij. retulerunt. extra de ver. sig. preterea. ꝛ. c. intelligentia. ꝛ. xxiij. qō. j. paratus. in prin. ꝛ. ff. de in ius vo. l. quāuis. sed hoc verum est cum constat de intellectu. alias in dubijs a verbis non est recedendum. ff. de leg. iij. non aliter. ff. de exercitoria. l. j. §. si is qui nauem. extra de spō. ex litteris.
i Iuramenti. ad hoc iurat. i. iurare debet.
k ¶ Distāriam. quantuꝫ ad hoc quin mortaliter peccat qui simpliciter dicit falsum sicut qui sub iuramēto dicit falsum: magis tamen peccat deierando q; mentiendo. solidius subsistit vbi iuramentum interponitur: vt.s.e.q. j.c. j. sed tamen plus operatur sacramentum q; simpler promissio: vt extra de iureiur. debitores. item hic est ar. q; ex nudo pacto oritur actio: vt xij.q.ij. quicunq; suffragio. ꝛ. q.v. quia iohannes. io.
l Qui periurare. nō ex operib'. deus potius considerat animum q; factū vt.xv.q.vj.c.j. ꝛ deus interrogat cor. ꝛ non manum. xiij.q.v. siquid. sic. xxxij. qō. v. propositō.

pꝫ q; deus nō accipit sic iuramentū sicut ille cui iuratur: sꝫ potius sicut qui iurat intelligit. cuꝫ recipienti nō ex intimis sed ex his que ꝓferuntur foris verba nostra sonent. Item obijcitur: qui iurat super lapidē putans se iurare super sacro scā euangelia pinde tenetur ac si super euangelia iurauerit: lꝫ ille cui iurat: ideo super lapidē illum iurare fecerit: ne nō seruando qō ꝓmittit reatu periurij teneatur. Itē obijcitur illud de ciuibus: qui credūt se iurare obedituros ꝓsulibus suis in oībus que sibi ꝓperata fuerint pro honore siue ciuitatis. ne vero obediētiam recusantes reatu periurij illaqueant' supponitur breue iuraturis in quo aliō ꝓtinetur quā se iuraturos arbitrentur videlicet ne padum in niluꝫ cōuertant vel aliquid huiusmodi faciant. si ergo contra hoc quod se iurasse crediderant ꝓsulibus suis obedientiam denegarent: nunquid ꝑm intentionē recipientis an potius ꝫ intentionē iurantis iuramentū de' illud acciperet. Item si innocēs de adulterio vel furto impetitus innocentiā suam vellet asserere iuraret aūt se ab obiectis sic esse immunē: sicut in breui illo ꝓtinetur qō manibus suis se scripsisse arbitratur. cōtineat aūt in illo hunc reū esse obiectoꝝ: nūquid a dño periurus reputabitur: aut nūquid poterit argui se iurasse adulterij aut furti reatuꝫ incurrisse nō. Hinc ēt io. chriso. ait.

Inter iuramentū ꝛ locutionē fidelium nulla dꝫ esse differentia.

Iuramenti' huiusmōi cā est qa ois qui iurat ad hoc iurat vt qō verum est loquatur. Et iō dīs inter iuramentum ꝛ loquelā nostrā nullam vult esse distantiā' q; sicut in iuramento nullam ꝓuenit esse pfidiā ita quoq; in verbis nostris nullum dꝫ esse mendaciū: q; vtrūq; ꝛ periurium ꝛ mendaciū diuini iudicij pena dānatur: dicēte scriptura: os quod mentitur occidit aiam quisq; ergo vex loquitur iurat: q; scriptum est: testis fidelis nō mentiet. Idem.

Antequā aliquis iuret peierat: si cōtra conscīam iurare parat.

Qui periurare paratus ē: antequam periuret iam periurus ē videtur q; deus nō ex opibus' iudicat sed ex cogitatōibus ꝛ ex corde.

Ex his oībus colligitur q; iuramenta ꝑm intentionē pistantis non recipientis a deo iudicātur. qūo ergo ꝑm isidoꝝ quacūq; arte verborum qs iuret deus sic accipit: sicut ille cui iuratur intelligit. Sed sicut aliud ē callida arte verboꝝ iurare: aliud simpliciter intentionem suaꝫ iurādo enūciare sic aliud ē simplici

a Paruuli iurare nec testis esse pōt. vi. iiij. q. iij. c. j. Et iō hoc est. q iuramento debet adesse iudiciū. sed hec etas nescit quid agat: vt C. de fal mo. l. j. Item q impubes nō pōt peierare. vi. ff. de iureiu. l. q iurasse. vnde sacramentū calūnie prestare non pōt. posset ñ dici q si est doli capax: q tūc calūniose petere pōt vt extra de delic. pu. c. j. ⁊ si nouerit veritatem q̄ bene pstabit sacramētū calūnie. ar. C. ō iureiu. ppter calūniam l. iij. §. j. Sed ō veritate dicenda bñ pōt iurare Nam ab impuberibus ⁊ timidis sumit initium qōnis. vt. ff. de questi. vnus. i pn. Item impubes ferula punitur pro veritate dicenda: vt. ff. ad syl. l. j. §. impubes. ⁊ tz confessio quā facit: tz contra eam posset restitui vt. ff. de pbat. l. certuz §. pe. qō falsuz ē: nisi fit doli capax: cū hoc c. ꝓtradicat. io. hoc ātcertū est q̄ si aliquis spōte recepit iuramētum minoris bñ valet: ⁊ tz tale iuramentum vt. ff. de iureiu. l. qui iurasse. item in casu pōt quis cōuenirī rōne iuramēti q̄ prestitit dū ēet impubes vt si impubes iurauit se pstaturū operas ipe pubes factus bene punitur ō hoc iuramento: vt. ff. ō li. ca. l. vl. in fi.

b C Cā. sed nonne si agere vult pinrus in ppria cā auditur q̄ nulli phibetur agere in ppria cā: vt. iiij. q. vi. oib⁹. sed agere nō pōt nisi prestet sacramentū. Item nōne iuder vel altera ps pōt ei deferre sacramētū: ad hoc dicas q̄ hec lex sumpta est ō lumbarda: sin quā nō iuratur de calūnia. patet ergo q̄ loqtur hic de alio iuramento. ⁊ pōt dici q̄ loqtur de iuramēto purgatōis. vt nec se nec alios possit expurgare. Ex hoc seqtur q̄ si suspicio aliqua est contra piurū statim habetur pro cōuicto. cū se expurgare non possit ⁊ impuret sibi qui in talem cāum incidit. q̄ culpa sua illud sustinet. vt. xv. q. j. si quis insaniens. ex quo. n. semel peierauit presumitur q̄ semper debeat peierare. vt. ij. q. vij. non pōt. vnde āmodo nō est sacramēto suo credendū. vt extra de presump. litteras. ea tñ iuramēta que oneris sunt potius q̄ bonor⁹ bñ prestabit. vt iuramentum calūnie. similiter dominis suis iurabit in cā feudi. ꝓtra. xlvij. di. q̄libet. extra de re. iu. in causis.

intentione iuramentū factum recipere: aliud in recipiēdo callidītate vti: q̄ sicut quisquā apud deum nō valet aliquem ledere. sic nec preter eius intentionē valet qs alicui subuenire. deus aūt duplicitatis asperator: simplicē intentionē vtriusq; ꝓsiderat: ⁊ tam ex parte recipientis q̄z ex parte prestantis verborūz artem asperna tur ⁊ odit. De etate vero iurantium queritur qua etate quisq; ad iurandū debeat cogi. de quo in primo libro capitularium sic inuenitur diffinitum.

Ante rōnabiles annos aliq nō cogantur iurare.

Paruuli qui sine etate rōnabili sunt nō cogātur iurare: ⁊ q̄ semel piuratus fuerit nec testis⁹ sit p⁹ hoc nec ad sacramentum accedat: in sua cā⁹ nec alter⁹ iurator existat.

Item ex pci. libertano.

Añ. xiiij. ānos nullus iurare cogat.

Pueri ante annos. xiiij. non cogātur iurare. puella⁹ quoq; si in pueritie etate sita in domo patris illo nesciente iuramento se cōstrinxerit ⁊ pater ei⁹ vt audierit statim⁹ ꝓtradixerit: vota eius ⁊ iuramenta irrita erunt ⁊ facilius emēdabitur.

Item comelius papa.

De eodē: ⁊ vt a ieiunis iuramenta prestentur.

Honestum ē videtur: vt qui i scis aud et iura⁹ hoc ieiunus⁹ faciat cū omni honestate ⁊ timore dei. vt ⁊ pueri ante annos. xiiij. nō cogantur iurare. Preterea sunt quedam tpa quibus iurare phibemur. Unde in pcil. apud sanctuz medardum habito.

Quibus tpibus iurare phibemur:

Decreuit scā synodus vt a. lxx⁹. vsq; in octauā pasce ⁊ ab aduentu domini vsq; in octauam epiphanie nec nō ⁊ i ieiunijs quattuor tpoū ⁊ in letanijs maioribus⁹ ⁊ in diebus dūicis ⁊ in dieb⁹ rogationū nisi de pcordia ⁊ pacificatione nullus supra sacra euāgelia iurare presumat. De forma vero fidelitatis: ⁊ qd quis debeat dño vel econuerso: sic inuenit ur in epistola filiberti episcopi.

Que in fidelitate sunt seruanda.

De forma fidelitatis aliq̄d scribere monitus: hec vobis que sequuntur breuiter ex librorū auctoritate notaui qui dño suo fidelitatē iurat: ista ser ip in memoria dz habere in colume: tutū: honestū⁹: vtile: facile: possibile. In colume videlicz: ne sit in dānuz suo dño ō corpore suo. Tutū: ne sit ei i dānū de secreto⁹ suo vel de munitionibus⁹ per quas tutus esse pōt. honestum: ne sit ei i dānum de sua iusticia vel de alijs cāis que ad honestatē eius pertinere videntur. vtile: ne sit ei in damnuz de suis possessionibus. facile vel possibile: ne id bonū q̄ dñs suus facere leuiter poterat: faciat ei difficile: ne ne id q̄ possibile erat reddat ei impossibile: vt fidelis hec documēta caueat iuste⁹ est Sz q̄ nō sufficit abstinere a malo nisi fiat id quod bonū est: restat vt in eisdem ser supra dictis ꝓsiliū⁹ ⁊ auxiliū domino suo fidele prestet: si beneficijs diginus⁹ videri vult ⁊ saluus esse de fidelitate quā iuranit. dominus quoque fideli suo in his oibus vicem⁹ reddere dz quod si non fecerit: merito cē sebitar malefidus: sicut ille qui eorum piuratione vel faciendo vel consentiendo deprehensus fuerit p fidus ⁊ periurus. Aug.

De eodem.

Siquis laicus iuramentū violando prophanat quod regi ⁊ dño suo jurat ⁊ postea puerse ⁊ dolose eius regnū tractauerit ⁊ in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur q̄ sacrilegiū pagit in christum dñi manum mittēs. anathema sit nisi per dignam penitentie satisfactionez emendauerit: sicut constitutum a sancta synodo est. i. secu/lum relinquat: arma deponat i monasterium eat: ⁊ peniteat oibus diebus vite sue. verum tñ cōionem in exitu vite sue cū eucharistia accipiat. epūs pres byter diaconus si hoc crimen cōmiserit degradet. Ut ita/q̄z premissis apparet mendaciuz nec in simplici sermone debet proferri nec iuramēto firmari. mendacium aūt non solū in verbis sed etiam in simulatis opibus eē ꝓbatur.

Unde ambro. in sermōe habito

b De forma. honestus. sic ergo honestas ⁊ possibilitas i omni iuramēto sunt intelligenda. vt. ō. e. q. iiij. vnusquisq; ⁊ extra ō iureiu. quēadmodū. illud sacramentū prestant archiepi romano pontifici. vt extra ō iureiu. ego. ⁊ subditi suis episcopis. vt. xcviij. di. q̄p. ⁊ imperator pape. lxiij. di. t. bi dominо. ⁊ licet generaliter iuret vasallus dño. i. q̄ in omnibus cāis iuuabit ipsum ⁊ cōtra quemlibet ñ contra ppriam patriā non iuuabit ipsum. vt. ff. de reli. minime nec cōtra papam vt extra ō iureiu. venientes sed quid si dñs vult filiuz vasalli impetere. nūquid iuuabit ipsum ptra filium: videtur q̄ nō. q. nec contra filium excōmunicatum iuuabit. xi. q. iij. qm̄ multos. ⁊ argu. ad hoc ff. de reli. minime. ⁊ cōtrarium ñ dicit lex feudi in tīulo quemadmoduz feu. amit. dicitur enim ibi q̄ vasallus obligatus ē filio suo tantum vinculo nature sed dño suo est obligatus vinculo iuramenti. item nō tenetur ipsum iuuare si iniuste impetit aliū. nec. n. opem fert qui ad peccandum nos adiuuat vt. xiiij. q. vj. si res Item nūquid vasallus pōt accusare dñm nō vt hic pōt colligi. nisi psequatur suaz iniuriā. alioquin si accusat pdit ius feudi. sicut patronus qui accusat libertū pdit bonoꝝ possessionē. vt. ff. de bo. libe. qui cuz maior. nec etiam testimoniū pōt cōtra ipm ferre nec in criali cā nec etiā pro ipo. vt extra de offi. de le. cām que.

i C De secreto. ille qui pdit secreta alicuius capite punitur vt. ff. de re mili. omne. §. iij. ⁊. C. ō commer. ⁊ merca. l. ij. ⁊ sic pōt quis iurare ne prodat secreta alterius. ar. tamen est cōtra. xi. j. di. nerui.

k C Munitionibus. q munitiones cedit hostibus vel litteras vel nūcium vel aliquod signum eis mittit incidit in crimen lese ma. vt. ff. ad. l. iul. ma. l. j. ai. ⁊. iij.

l C Ad honestatē. vt nec cū vxore nec cum filia cōmisceatur nec aliq̄d inhonesti faciat in domo domini. vt. de pe. di. v. consideret.

m C Consiliū. vide qūo interpretatur hoc iuramentū ego iuro q̄ nullū faciā tibi damnū. i. ego iuro q̄ nec ego faciam ⁊ etiā q̄ alios facētes prohibebo. sic interpretatur lex tale pactum vt si aliquis fecit pactum q̄ filiuā nō cederet vel vxoret. etiam custodire tenetur ne alius vxat vel cedat. vt. ff. loca. in. l. idem videtur in oibus negatuis promissionibus vt cū dicitur promitto q̄ non faciā nō solum teneor non facere. sed etiā curare debeo ne fiat: vt. ff. de ver. sig. facere. ⁊ de ver. ob. in illa stipulatione.

n C Dignus. ergo si clericus prestat patrocinium ꝓtra ecclesiam suā vel epm suum pōt primari beneficio suo. xcvi. di. si imperator ⁊ ex de postu. c. fi. io.

o C Dicē. ⁊ sic eadem fide tenetur quis subdito suo sicut subditus dño. vt. xcv.

c Pueri puella. idem est in puero. vt. s. e. q. iiij. tribus.

d C Statim. filij iuramētum dz pater reuocare q̄cito scit. vt hic dicitur. sed votū religionis nō tenetur statim reuocare cum scit. sed vsq; ad annū ⁊ diem pōt. vt. xx. q. ij. puella. aliter tamen est supra distinctū. s. xx. q. ij. in pn.

e Honestum. hoc ieiunus. similiter testimoniū ōbet dicere ieiunus

f Decreuit. vt. a lxx. in his etiam diebus cāe exerceri nō debent. xv. q. iiij. c. j ⁊. ij. huic tamen. c. ⁊ precedenti obuiat ꝓsuetudo prescripta. io.

g C Sabatis. vt in festo sancti marci.

dicesto subiectus.extra de iureiu.peruenit.t.xxxij.q.vj.nihil iniquius.t si nō fecerit priuatur illo vel tñio quod habet in vasallo t transit feudū ad superiorem in libro de feudis.quemadmodū feudū amit.

a Quete opibus.arg.q factis mentimur sicut verbis.t factis negamus xp̄m sicut verbis.xi.q.iij.erubescant t factus appellamus.extra de appella.dilecti.t factis predicam⁹ xliij.di.sit rector.

b Quotiens.audienti⁹ forte instruit rudes magna t subtilia:quod nō esse debet ff.viij.qōe.j.oz.t xliij.d.c.j.io.

c Nullus.laico.hoc.c.intelligas de iuramēto er purgationis qō clericus nō debet facere coram laico sed tñ coraz epō vel eius delegato:nisi hoc fiat auctoritate pape vt.ij.q.v.mennā. si.n.clericus peteret aliquid coram laico:bene tenetur ibi prestare iuramētū calūnie. vel dic q sine licētia epi nullū debet facere p̄ iuramētum laico.imperatori tamē iurant epi fidelitatem.

d Vidam epi

e Quod militare.hic queritur:an militare seu bellare sit peccatum t dicendū q non.vt j.e.militare.t hoc verē si a principe indicatur bellū. vt j.e.q.ij.iustum.silr pro ōfensione sua vel patrie vel legū paterna2.vt.j.e.qōe.viij.ff nulla.clerici aūt in sacris ordinibus ꝓstituti nō possunt mouere arma.vt.j.e.q.viij clerici.silr vi q necin minoribus ꝓstituti etiam vocati p̄nt mouere arma.q3 sub regula ecclesiastica debent viuere.vt.xxxij.di.fig.t.xx.q.iij.eos.quod ꝓcedo si volūt gaudere p̄uilegio ecclesiastico.ar.ad hoc extra de cle. coniu.io.

f ¶ Propulsandā.q repellere vīt iniuriam.t qualiter possit repelli.t an tñ ꝓsone iniuria:vel etiā persone t rerū possit repelli videndū ē.t quidē videtur q non soluz laici sed et derici possunt repellere iniurias t rex t ꝓsone.vt extra ō resti.spo. olim t extra de sen.ex.si vero.t.c. ex tenore.t.s̄.di.j. iuxta nāle. t.ff.ō iusti.t iure.vt vim.eō vi q derici non possunt vt ex̄ ō homi.suscepimus. xl. vj. di.seditiōarios. Ad hoc dicūt quidam q nulli licet vim repellere repercutien-

in dominica de abraam.

Denotatur qui professionem suam operibus non ostendit.

Quete fratres mendaciuz: q3 oēs qui amant mendaciū filij sunt diaboli:nō solum in falsis verbis,sed etiam in simulatis opibus mendaciū est.mendaciuz nāq3 ē se xp̄ianum dicere:t opera xp̄i non facere.mendaciū est cp̄m sacerdotem vel clericū se p̄fiteri t cōtraria huic ordini opari. Itē hieronym⁹

Quotiens sermo malus de ore nostro procedat.

Quotiens vero loquimur:aut nō in opportuno tempore aut nō in opportuno loco aut nō vt p̄sunt audientibus⁹ totiens sermo malus ꝓcedit de ore nostro ad destructionem eoz qui audiunt.ꝓsideremus itaq3 quid loq3amur:qa p̄ omni otioso verbo reddituri sum⁹ rationem in die iudicij. Juramētum vero clericus laico p̄stare non debet. Unde in remensi concilio legitur.

Utiquaz laico clericus nihil iurare presumat.

Nullus ex ecclesiastico ordine cuiquā laico⁹ qcquā supra sacra euāgelia iurare presumat sz simpliciter cū veritate t puritate dicat est est.nō nō:sed si est aliquid quod sibi obiiciatur,put iudicauerint qui eiusdē ordinis sunt aut corrigat aut expurgetur. Epō similiter clericus iuramentū p̄stare non dz nisi forte is cui ecclesie ꝓcurationē cōmittit. Unde vrbanus.ij.ait.

De eodem.

Nullus epūs clericos suos nisi forte quibus ecclesiasticaz rerum dispensatio cōmissa fuerit sibi iurare compellat.

Vidā epi cum plebe sibi cōmissa in heresim lapsi sunt circumadiacentes catholicos minis t cruciatibus ad heresim compellere ceperunt.quo cōperto apostolicus catholicis epis circūadiacentiū regionū q ab impatore cimilem iurisditionez acceperant:imperauit: vt catholicos ab hereticis defenderent:t quibus modis possent eos ad fidei veritatem redire compellerent.epi hec mandata apostolica recipientes ꝓuocatis militibus apte t per insidias cōtra hereticos pugnare ceperunt tandez nōnullis eoz neci traditis:alijs rebus suis vl ecclesiasticis expoliatis:alijs carcere t ergastulo reclusis ad vnitatem catholice fidei coacti redierunt.

Hic p̄mum queritur: an militare peccatū sit. Secūdo :qō bellū sit iustū t quō a filijs israel iusta bella gerebantur. Tertio:an iniuria sociorum armis sit p̄pulsanda.

Quarto:an vindicta sit inferēda

Quinto:an sit peccatū iudici vel ministroꝝ eos occidere. Sexto: an mali sint cogendi ad bonum.

Septimo:an heretici suis t ecclesie rebus sint expoliādi:t qui possidet ab hereticis ablata: an dicatur possidere aliena. Octauo:an epi scopis vl quibuslibet clericis sua h̄i ceat auctoritate vel apostolici sine impatoris p̄cepto arma monere.

Q.j.

Quod militare alienum videatur ab euāgelica disciplina. hinc videtur posse probari. q3 omnis militia vel ob iniuriam ꝓpulsandam vel ꝓpter vindictā inferendam ē insti tuta.iniuria aūt vel a ꝓpria ꝓsona vel a socio repellit.qō vtrunq3 euāgelica lege ꝓhibetur.cuz.n.ꝓcitur siquis te percusserit in vnā maxillā ꝓbe alteram.Et itez:qui angariauerit te mīle passus vade cuz eo duo milia. Item cuz apostolus dicat ad romanos nō vos defendētes cha2issimi:sz date locuz ire. qd aliud ꝓhibemur quā ꝓprie ꝓsone repellere iniuriam.Item cuz petro gladio magistrū defendēti xps dixerit:cōuerte gladiū tuū in vaginam an putas non possum rogare patrem meū t exhibebit mihi plus quā duodecim legiones angeloꝝ: Deniqz sicut de beato andrea legitur:cū fieret cōcursus populoꝝ: vt de manibus iniqui iudicis eū ripe rent:t ab iniuria mortis illū defenderēt:ipse ecōtra t exēplo t verbo patientiā docēs rogabat eos:ne sanctum martyriū impedirent.qd aliud monemur quā sicut ꝓpias ita t socioꝝ iniurias patiēter tolerare: nec ad arma cōcurrere:sed eoꝝ exēplo ad similia perferenda aīm prepa rare Item cū in ꝓuerbijs dicatur: mihi vindictam:ego retribuā dicit dñs. Item cū in euangelio dicatur nolite iudicare t nō iudicabimini. Item cū paterfamilias dicat seruis volentib⁹ colligere zizaniā:sinite vtraqz crescere vsqz ad messem: t tunc dicā messoribus colligite zizaniam.t alligate fasciculos ad cōburendum. Itez cū rex ille q nuptias fecerat filio suo:missis exercitib⁹ suis angeloꝝ videlicet dicatur pditurus homicidas ꝓpheta2 t apostoloꝝ: qui vocati ad nuptias venire cōtempserūt credendo. Item cum paulus apostolus dicat in epistola ad romanos.nolite iudicare iuicē.

Item tu qs es qui iudicas alienū seruum:suo dño stat aut cadit. siue

do. Alij dicunt q̄ licet laicis repercutere clericis nō.ego credo q̄ t clericis t laicis lz repercutere.distinguitur tñ q3 aut vis infertur p̄sone aut rebus.si persone tūc est vis repellenda quia p̄ fit illata.licet quidā dicerunt q̄ nullus vim repellere debet nisi illatam.imo insidiantē licitū est occidere t cum qui vult occidere:vt.ff.ad.l.aquil.l.iiij.t.v.si tñ aliqs vim factam repellat: potius p̄sumi ō bet q̄ defendendi q̄ vlciscendi cā fecerit id.vt ff.ad.l.aqui. si ex plagis.§.tabernarius.t hoc si primus percussor volebat percutere denuo, aliogn si volebat denuo percutere t alter repercussit. potius ē vindicta q̄ repulsio iniurie.t sic intelligo q̄ dicitur iniuriam incōtinenti posse repelli.regitur ergo q̄ defendendo repercutiat nō vlciscendo.vt.j.e.qd culpatur.t.ff.ad.l.aqui. sciam.t cum moderamine se defendat.vt extra de resti.spo.olim cām in fi.siquis tamē moderamē excedit t nō ex ꝓposito:nō tenetur.vt.ff.ad.l.aql. si ex plagis.§.tabernarius. licet illa decre.olim cām. videat ꝓtradicere.item incōtinenti dz vim repellere.vt. ff. de vi t vi. ar.l.iij.§.cum igitur. si aūt vis infertur rebus t illatam t inferēdam licitū est repellere.sed potius illatā q̄ inferendam.

g ¶ Prebe. illud intelligatur de cordis,preparatione:vt.j.e.paratus.vel cuz agitur de fide.

b ¶ Duo milia. vbi est questio fidei.

i ¶ Defendentes.ex odio.vel dicer intervallo.

k ¶ Nō possum.t tamen nolui rogare.vt preberet exemplū bu militatis.alibi tñ dicit.si fieri potest transeat a me calix iste.t vj.di.hēo.

l ¶ Judicare.iniuste vel logtur ō his qui non hñt iurisditionē

m ¶ Zizaniam.xi.q. iij.nolite.io.

a NJi bella.ab apostolis.ergo nō tamē ex precepto vel ꝓstitutione ecclesie legimus libros in deoꝝ:sed ēt ex p̄cepto apostoli. Sed quero vbi hoc precepit apostolus :dic q̄ logtur p̄sumendo.quod.n vniuersalis ecclesia tz credenduz est hoc ab aplis esse institutum xj.di.ecclesiasticaꝝ.

b ℂ Vindicantes. iō enim iudicioꝝ vigor in medio positus est ne quis sibi vltionez sumere p̄sumat.C.ō iudeis.nullus.xvj.q.j.ad hoc.io.

c PAratus.in apto.ar.q̄ nō sp̄ per exteriora comprehendūtur interiora.v q.v.non omnis.z.c. non osculatur.

d ℂ Prodesse.fic ergo ꝓdesse dicimur illi quē verberamus: vt.xlv.di.z qui emendat.io.

e ℂ Si verba. arg.q̄ nō debemus inhere re verbis :sed potius mēti.vt dixi.xxij.q.v. humane.xxvj.qō.v nec mix.verba. n.in rescriptis posita vel i lege cōformare debemus equitati z lx verba hoc nō patiantur extra de rescrip. cām z extra de ꝓsue.cū dilectus.z. ff.de in ius vo.l.q̄uis.z.ff.q. pe. tu.l.vlt.arg.ꝓtra.xix. di.in memoriā.z.ff.q z a quib⁹ manumi. li.prosperit. vbi dicitur sufficit ita scriptū esse z si illud durū est

f ℂ Quis nesciunt. pro illis qui ex ignorantia hoc fecerūt rogauit.vt.j.q.j.§.cum ergo.

g ℂ Secundū legē.iuder sm leges iudicabit z nō sm motū aī sui.vt extra de ꝓsti.c. j.z.xi.q.iij.summope alioquin punitur vt falsarius :vt.ff. ad.l. cor.de fal.l.j.§.j.

ergo vincimus siue morimur dñi sumus. In hoc.n.xp̄s mortuus ē z resurrexit. vt z viuoꝝ z mortuoꝝ dominetur. In his oibus qd aliud precipitur:quā vt vindicta delinquentiū diuino reseruetur examini. Cuz ergo vt supra dictū est. militia videatur instituta vt ob iniuriā ꝓpulsandam vel ꝓpter vindictam inferendam: vtrūqz autē lege euangelica ꝓhibeatur apparet q̄ militare peccatū est. Hinc ēt greg. ait.

Bella carnalia bellorum spūaliuz figuram gerunt.

NJsi bella ista carnalia figuraz spūalium bellorum gererent: nunq nā vt opinor indaicaꝝ historiarum libri discipulis xp̄i: q venit pacē docere:legendi in ecclesijs fuissent ab apostolis⁹ traditi. qūo. n. belloꝝ eis ꝓficeret ista descriptio: quibus dicitur ab iesu.pacem meā do vobis.pacē meā relinquo vobis.z quibus per apostolū iubetur z dicitur.nō vosmetipsos vindicātes⁹:sed magis iniuriā pcipite z magis frandez patimini. Unde deniqz sciens apostolus nobis iā vltra bella nō esse carnaliter peragenda:sed aie certamina ꝓtra spūales aduersarios desudāda velut magister militie p̄ceptum dat militibus xp̄i dicens. Induite vos armatura dei vt possitis stare aduersus astutias diaboli. His ita rñdetur. p̄cepta patientie nō tam ostentatione corporis quā preparatione cordis sunt retinēda. Unde augu. ait in sermone de puero centuriōis.

Precepta patientie virtute aī non ostentatiōe corporis seruāda sunt.

PAratus oz esse bō iustus z pi⁹ patienter eoꝝ malitiā sustinere quos fieri bonos querit: vt potius numerus crescat bonoꝝ. nō vt pari malitia se quis numero addat maloꝝ. Deniqz ista p̄cepta magis sunt ad p̄parationem cordis q̄z ad opus quod in apto⁹ fit vt teneat in secreto animi patientia cuz benivolētia. In manifesto aūt id fiat qō eis videtur ꝓdesse⁹:quibus bñ vel le debemus. Hinc liquido oñditur q̄ ipse dñs iesus:exēplum singulare patientie.cū percuteretur i facie: rñdit:si male locutus suz exprobra me de malo:si autez bñ quid me cedis:nequaquam igitur p̄ceptū suum si verba⁹ intueamur implenit neqz.n.p̄buit pcutienti alterā partem sed potius ꝓhibuit ne faceret z iniuriam ingeret. z tñ paratus advenerat nō solum percuti in faciem vez etiam pro his a qbus hoc patiebatur crucifixus occidi: pro quibus ait in cruce pendēs.pater ignosce illis q̄ nesciūt qnid faciūt. neqz paulus apostolus p̄ceptuz dñi z magistri sui videtur ipleſſe:vbi etiam pcussus in facie dixit principi sacerdotum percutiat te deus paries dealbate:sedes me iudicare sm legem⁹ z ꝓtra legē⁹ iubes me percuti

Et cum a circunstantibus diceret: iniuriam facis principi sacerdotuz irridens eos ammonere voluit qō dixerit: vt qui saperent etiaz intelligerent iā destruendū⁹ esse in aduentum xp̄i parietem dealbatuz:hoc ē hypocrisim sacerdotij iudeoꝝ. ait quippe nescini fratres:q̄ princeps est.scriptū est.n.principi populi tui nō maledices.cū pculdubio qui in eodē populo crenerat:atqz in lege fuerat eruditus illū principez sacerdotū nescire⁹ nō posset.nec eos quibus ita notus fuerat vllo mō fallere. Sunt ergo ista precepta patientie sp̄ in cordis preparatione retinēda:ipsa quoqz benivolentia ne reddatur malū pro malo semper in voluntate cōplenda. Agenda sunt aūt multa ēt cū inimicis quadā benigna asperitate plectendis quoꝝ potius vtilitati consulendum est q̄z voluntati⁹. Nam in corripiendo filiū quē libet aspere nunquā ꝓfecto paternus amor amittitur: fiat tñ qō nolit z doleat qui etiam⁹ inuitus dolore videtur sanandus ac per hoc si terrena ista respub⁹. xp̄iana p̄cepta custodiat: ēt ipsa bella sine benivolentia nō gerētur:sed vt ad pietatis iusticieqz societatē victis facili⁹ cōsulatur. Nā cui licentia iniquitatis eripitur: vtilius vincitur:qm̄ nihil ē infelicius felicitate peccantiuz:qua penalis nutrit impunitas:z malavoluntas velut interior hostis roboratur.z paulopost. Nam si xp̄iana disciplina oīa bella culparet:hoc potius ꝓsiliuz salutis petentibus i euāgelio⁹ diceretur vt abijcerent arma seqz militie oīo subtraherent. dictū est aūt eis:neminē ꝓcusseritis⁹:estote contenti stipendijs vestris. qbus ꝓprium stipendiū sufficere debere p̄cepit. militare itaqz nō ꝓhibuit

Item eiusdē ad bonifa.

In bellicis armis multi deo placere possint.

NOli existimare neminem deo placere posse qui armis bellicis ministrat. In his erat sanct⁹ dauid⁹:cui dñs tam magnū ꝓhibuit testimoniū.in his ēt plurimi illi⁹ tp̄is iusti:in his erat sanctus ille cēturio qui dño dixit:non sum dignus vt intres sub tectū meū. hoc ergo p̄imū cogita qñ armaris ad pugnā q̄ virtus tua ēt ipsa corporalis donū dei est.si.n.cogitabis de dono dei:non facies ꝓtra dñm. Fides.n.qñ ꝓmittitur ēt hosti⁹ seruanda est ꝓtra quē bellū geritur. quanto magis amico pro quo pugnat.pacem hēre volūtatis est:bellū aūt oz eē necessitatis vt liberet deus a necessitate z cōseruet in pace. Nō.n. par queritur vt bellū exerceatur.sed bellū geritur: vt par acqratur. Esto ergo bellando pacific⁹ vt eos quos expugnas ad pacis vtilitatē vincendo perducas bti.n.pacifici ait dñs:quoniam filij dei vocabūtur. si aūt par humana tam dulcis ē pro tpali salute morta

b ℂ Et ꝓtra legē.let.n.dicit q̄ liber bō nō debet verberibus cedi: vt.C .de repud. ꝓsensu. vltra medium: nisi in cāu:vt nō.v.q.v.illi q. z nō. xv.q.vj.in summa.

i ℂ Destruendū. dixit.n. nō esse principē. q̄ nō erat apō eum duraturus principat⁹ vt ex⁹ de ver.sig.nā z ego. z j. de pe.di.j.diuortiū.

k ℂ Nescire.arg. q̄ nō pōt qs se excusare pretextu ignorantie de re que facta ē inter vicinos suos :vt ex⁹ de presump.quosdā. z.c.q̄to.liij. di.nulli z.xij.q.ij.qui z humanis. similis p̄sumptio ē C.de in inte.resti.mi.de tutela.

l ℂ Quam voluntati.j.e.q. iiij.displicet.§.xlv.dis.z qui emendat.

m ℂ Qui etiā.vel quinetiā.

n ℂ Respub.i.aliqs gerens rem publicam.io.

o ℂ In euangelio.io.

p ℂ Concusseritis.cōcutere est aliquid petere vltra debitum rōne alicuius officij.vt j.e.quid culpatur.dicit aūt concutere qui per oppressionē z minas extorquet pecuniam.vt.ff. de concus.l.j. z.ij.io.

q NOli existimare.sanct⁹ dauid.si aliqs existēs scūs pōt vti armis in bello: quare ergo ꝓhibetur penitentibus vti armis.vt.xxxiij.q.ij.admonere. Rñ.io q̄ penitentes viuūt sub regula ecclesiastica:vt.v.q.j.aliō. vel iō q̄ arma pñt dare occasionem peccandi.

r ℂ Hosti. hosti ergo ē fides seruāda.vt hic.z.xxij.q.iiij. innocens.ar.ꝓtra.xxij.q.ij. vtilem.quod vez est. si ipse nobis ꝓuat fidem. alias nō tenemur ei seruare.xcv.dis. esto subiectus.ex⁹ de iureiu. peruenit.xxviij.q.j. si infidelis.ff.locati quero.§.iter.C de transac...cum ꝓponas. in fi.ar.ꝓtra.xi.q.iij.iter verba.in fi.z.xxxiij.q.v.q̄ deo.

a ¶Jā debetur.ar.minimā esse debitā.ꝛ ita est ar.ꝙ dispensatio pōt peti tanꝙ debita.vt.l.di.domino scō.i fi. ꝛ.lxxxvj.di.non satis. in fi. itez bēs hic ꝙ aliqs tenetur parcere hosti suo.vt.ij. q.v. ꝓto.in fi.dum tamen nō timeatur piculū incurrere ex hoc vt. j.e.q.iiij.ē iniusta.io.

b ¶Quid culpatur.qñqz. certe hec ratio nō est sufficiēs.nam siquis hominem interficiat ēt mortifere vulneratum nihilominus tenetur vt.ff.ad.l.aquil. ita vulneratus i prin. ꝛ est simillis rō. j.xxiij.q.iij.si bēs.ff. ad.l.rbo.de iac. qui leuāde §.si nauis.ꝛ.ff. quod vi aut dam.si alius.§.est ꝛ alia.

c ¶Dominentur.victores.

d ¶Siue deo.j.e.q. dñs.

e ¶Ordine.i.potestate.

f ¶Tributa.vt.j. e.q.viij. tributum.

g ¶Principes.vt.j.e.q.ij. iustum nullus ergo bellare pōt sine auctoritate pncipis vt hic.ꝛ.C.vt armo.vsus.l. j.li.xi.similiter princeps pōt indicere bellū.vt.j.e.q. viij. igitur.ꝛ.c.omni.ꝛ.c.sequēti.

b ¶Sinēte.vt.viij.q.j. audācter.

i ¶Sacrilego.xi.q.iij. iulianus imperator.

k ¶Iniquitas.hic habes ꝙ licet dñs peccet precipiendo tamē subdit⁹ nō peccat obediendo: vt.c. dist.ꝓtra.morez in prin.sic.xxxiij.q.v.manifestum.ē de iureiur. debitores./Item bēs hic ꝙ i dubijs sp est obediendū.xix.di. in memoriam.ar.ꝓtra.l.di. siquis prepostera.xi.qōe.iij. quid ergo.itē est hic.ar.ꝙ in dubijs humāior ꝛ tutior via est eligenda extra despon.iuuenis.ꝛ.xliij.di.c.vlt.

¶Jlitare.augeas.iniuste licitum est eniz augere diuitias.xxx.dist. §. hec scripsimus.

m ¶Precepit.lz sit iniustū vt.c.di.ō morem.in prin.

n ¶Militie.cuz ergo dericmilites dicātur vt.lxi.di.qd ꝓderit.ꝛ.j.q.iij.saluator.ꝛ.q vij.qui in qualibet. similiter ꝛ patroni cāz dñr militare.vt.C.ō aduo.diuer.iudi. aduocati.ergo si oēs isti bñt stipendia:nō debent recipere salaria.j.q.ij.sicut.

o ¶Condemnatur.lz qualiter punitur,cōcussor:dic ꝙ secūdū canonem pena quadrupli: vt.x viij.dist.qñ. sm leges videtur ꝙ extra ordinem punitur:cum nō sit publicū crimen. vt.ff.de cōcus. l.ij.sed certe ꝛ secū duz leges pena quadrupli punitur.vt j.q.vij.sancimus.

lium:qnāto dulcior est pax diuina pro eterna salute angelorum. Itaqz hostem pugnantē necessitas deprimat:nō voluntas. Sicut bellanti ꝛ resistenti violentia redditur:ita victori capto minima iā debetur⁹ maxime in quo pacis pturbatio non timet. Itē eiusdē ꝓtra manichēos

Que sunt i bello iure reprehēdēda:

Quid culpatur in bello an quia moriuntur qñqz' morturi: vt dominētur⁹ in pace victuri.hoc reprehendisse timidoz est nō religioz:nocēdi cupiditas:vlciscēdi crudelitas:impacatus atqz implacabilis animus:feritas rebellandi: libido dominandi:ꝛ si qua similia:hec sunt que in bellis iure culpātur:quepleruq; que vt ēt iure puniātur aduersus violentias resistentiuz siue deo⁹ siue aliquo legitimo imperio iubente gerenda ipsa bella suscipiūtur a bonis:cū in eo rez humanaz ordine⁹ inueniuntur vbi eos vel iubere aliquid tale vel in talibus obedire iuste ipse ordo cōstringit. vnde neqz ioānes ab armis iubet discedēr milites:ꝛ christ⁹ tributa' cesari monet reddi:qz ꝓpter bella necessario militi stipendium pbetur ordo aūt ille naturalis mortaliuz paci accōmodatus hoc poscit: vt suscipiendi belli auctoritas atqz ꝓsiliū penes pncipes⁹ sit.sed si humana cupiditate bellum geritur nō nocet sanctis :in quos nō bz quisquā potestatez nisi desuper datam. Nō enim est potestas nisi a deo siue iubente siue sinēte⁹ ergo vir iustus si forte etiam sub rege homine sacrilego⁹ militet :recte pōt illo iubente bellare: si vice pacis ordinez seruans qō sibi iubetur vel nō esse cōtra dei preceptum certum ē: vel vtrū sit certum nō est ita vt fortasse reum faciat regē iniqtas⁹ imperandi:innocentē aūt militem ostendat ordo seruiēdi. Itē eiusdem in libro de verbis domini tractatu.xix.

Militare non est peccatum.

Jlitare nō est delictum:lz pp predam militare peccatuz ē. nec rempub.gerere criminosuz est: sed iō agere rempu. vt diuitias augeas⁹ videtur eē damnabile:ppterea enim quadā ꝓuidentia militantibus sunt stipendia cōstituta:ne dū sumptus queritur:predo crassetur. Itez dñs ipse dixit.reddite que sunt dei deo:ꝛ que sunt cesaris cesari.igitur,qō cesar precepit" ferendum ē: quod impat tolerandū est sed fit intolerabile dū predam exactores accumulant. Itē interrogauerūt ioānem milites dicentes :Quid faciemus ꝛ nos: Ait illis:neminē concutiatis neqz calumniam faciatis:sed estote cōtenti stipendijs vestris. sic aūt cognoscere se dz omnis bō qui militat.nō enim de bis tñ militantibus scriptura loqtur q armata militia detinētur.sed quisquis militie" sue cingulo vtitur:dignitatis sue miles ascribitur.atqz iō hec sntia pōt dici: verbi gratia:militibus protectoribus cūctisqz rectoribus: quicūqz sibi stipendia publice decreta cōsequitur:si amplius querit:tanquam calūniator⁹ ꝛ concussor⁹ ioannis sntia ꝛdemnatur⁹. Item eiusdē de diuersis ecclesie obseruationibus.

f Despōsatam. monasterium.sed obijcitur sponsus intrat religionez 7 monachi nolūt euz recipere ante legitimā probationem cum non debeat.extra ō regu ad' apostolicā. nunquid ergo sponsa tādiu tenet euz expectare forte per annum vel per triēnium ſz q̄ est notus vel ignotus 7 ip̄ talis est q̄ continere non potest.ad hoc dico q̄ si sine licentia vroris trāsit ad religionem non habebit tēpus ꝓbationis nisi duos menses.si autē de eius voluntate transit tenetur continere vsqz quo sit elapsum tempus ꝓbationis. 7 quod dicit decre.extra de cōuer.coniu.ex publico.q̄ duo menses tantū dantur assumenti habitum religionis.intelligas de illo qui sine volūtate vroris transit.similiter distingue in clerico transeūte ad religionē vt si de licentia epi transeat q̄ possit petere tpe ꝓbationis priora stipendia.secus si sine licentia. quid iuris sit de hoc in questionibus nō.ler tamen dicit q̄ si alter dat licentiā alteri non intelligitur dedisse.nisi fm q̄ de iure debet habere.ſ.vsqz ad duos menses.ſz quid si non vult eligere monasteriuz,sed in propria domo vult habitum sumere vel cōtinentiā vouere.dicimus q̄ non potest.vt habes extra de cōuer.cōiu.ex parte.in fi.nec sponsus pōt ad ecclesiam seculare cōuerti vel ordinē accipere.vt extra de conuer. coniuga.c.i.§.eo.si vir.7 dicit.b.q̄ sponsus cum dat licentiā spōnse vel econuerso intrādi monasteriū matrimoniū nō soluitur.sed cōpellendus est 7 ipse intrare.si contraxerit duos habet viros mulier.vel vir duas vxores.tu dic q̄ siue ea volente siue inuita transeat non cōpellitur intrare monasteriū. Bar.dixit q̄ nō solnitur nec intrare cōpellitur.7 si ꝛtrarerit habz duas vxores.tu dic q̄ non cōpellitur intrare.qa cum ei dat licentiam intelligit dare auctoritate 7 iure illius canonis ex publico. de cōuer.ꝛiu.7 dissoluitur matrimoniuz vt dicitur expresse i aut. de san.epi.§.sponsalibus quoq.col.ir.vbi dicitur q̄ vinculum illud rumpitur.ſz ad hoc respōderi possit p.c.ē.e.scripsit.nā ibi dicit matrimoniū dissolui post carnalez copulā qō est ipossibile nisi quo ad seruitutē xxxiij. q.vij. tantum valet.io.

Stinētie. Itē Gre. vrbico abbati.

Vir nō est suscipiendus in monasteriuum nisi 7 vxor conuertatur.

Quia agatho latoz presentium in monasteriū dilectionis tue cōuerti desiderat:hortamur vt cuz omni eum dulcedine dilectio neqz suscipias:quem tamen ita suscipiendum esse cognosce si 7 vroz illius similiter conuerti voluerit:nam duz vnuz vtrozūqz corpus coniugij fit factum copulatione: incongruum est partem conuerti:7 partem in seculo remanere. Item nicolaꝰ pa.

Continentie uota nō licet suscipere nisi eandē vitā vir eius elegerit.

Scripsit nobis theoberga regina se regia dignitate vel marita copula velle exui 7 sola vita priuata esse contentam desiderare:cui nos scripsimꝰ nō aliter hoc fieri posse nisi eādē vitā ꝓiunxit eiꝰ lotharius elegerit.nā licet sit scriptū quos deꝰ ꝓiunxit hō nō sepet:deꝰ tñ 7 non hō separat:quādo diuini amoris intuitu ex consensu vtriusqz cōiugis matrimonia dissoluunt.aliter autez fieri mutuā separationē vestrā ꝓhibemus. Eccē q̄ cōiugati sine licentia alterius ꝓtinentiā ꝓfiteri nō possunt.spōsi vero etiā incōsultis quas sibi despōsauerunt exēplis 7 auctoritatibus probant ꝓtinentiaz posse seruare. Ut enim refert beatꝰ hieronymus. Macharius precipuus iter christi heremitas celebrato nuptiarum ꝓuinio cum vespere thalamū esset ingressurus ex vrbe egrediens transmarina petijt:7 heremi solitudinē sibi elegit. Itez beatus Alexiꝰ epiphanij clarissimi filiꝰ similiter ex nuptijs:diuina gratia vocatus spōsam deseruit:7 nudus christo famulari cepit. Horuz exemplo patet:q̄ sponsi sponsarū. non exquisito suaz consensu continentiam valent profiteri. probatur illud auctoritate eusebij pape dicentis.

Despōsata puella nō prohibetur monasterium eligere.

Despōsatā puellaz nō licet parentibus alij viro tradere:licet tamē illi monasteriū' sibi eligere. Itē grego.in registro.

Despōsata impune monasteriuz potest eligere.

Decreta legalia despōsatam si conuerti voluerit nullo mō censuerūt dānoꝰ mulctari. Cum ergo cōiugatoz cōtinentia nisi exambozuz ꝓsensu deo offerri nō valeat: cū vir sui corporis potestatē nō habeat.ſz mulier.spōle aūt monasteriū pōt eligere:7 sponsuz nō exqsito ꝓsensu spōsaz ,pposituꝰ melioris vite assumere valeāt:patet q̄ iter spōsū 7 sponsam ꝓiugiū nō ē. Itē cū fm Ang.illa mulier nō ptinet ad matrimonium:cū qua docet nō fuisse cōmixtio sexꝰ. Itē fm leonē.illa nō ptinet ad matrimoniū:cū qua nō docet fuisse nuptiale ministeriū:apparet q̄ inter sponsū 7 sponsam cōiugium non est. Item nicolaꝰ papa prece pit de bis qui ab aduersarijs excecantur 7 mēbris detrūcantur: vt ob hanc infirmitatē ꝓiugia taliuz non soluant. De bis aūt qui causa frigiditatis vroribus debitum reddere non possunt. statuit grego. papa vt vterqz eoꝝ septima manu propinquoꝝ tactis sacrosanctis reliquijs iureiurando dicat q̄ nūquaz per cōmixtionē carnis coniūcti vna caro effecti fuissent tūc mulier secundas nuptias poterit ꝓtrahere: vir autez q̄ frigide nature est maneat sine spe ꝓiugij. Unde idez scrib. venerio carolitano episcopo ita dicens.

Si mulier probauerit:q̄ a viro suo nunquā cognita fuerit separetur.

Quod autē interrogasti de bis qui matrimonio coniuncti fūt 7 nubere non possunt:si ille aliam: vel illa alium possit accipere. de q̄bus ita scriptum est'. vir 7 mulier si se cōiunxerunt 7 postea dixerit mulier de viro q̄ non possit coire cum ea:si potest per verū iudicium probare q̄ vez sit accipiat aliū. Ecce impossibilitas coeūdi si post carnalē copulā inuēta fuerit in aliquo non soluit cōiugiū. si vero ante carnalē copulā deprehēsa fuerit:liberū facit mulieri aliū virū accipere: vnde apparet illos non fuisse cōiuges alioquin nonliceret eis abinuicem discedere excepta causa fornicationis:7 sic discedentes oportet manere inupros aut sibi inuicez reconciliari. Itē si sponsa coniunx eēt mortuo sponso remaneret vidua:si aūt

g Decreta. pone q̄ spōsus dicit spōse ītra religionem 7 ego cōtinebo nūqd rūpitur mīmoniuz. quidā dicūt q̄ si cōtinet nō rūpitur. sed si ꝓtrahit rūpitur.vnde fm eos nō sola religio rūpit.sed religio cū copula.itē quid si iurauit vterqz qō nō ītraret religionē.quer itur vtrū intrare possit,7 videt q̄ nō.xxij. q.iiij.§.illicitū.arg.cōtra.xix.q.ij. due.7 cū religio soluit vinculū matrimonij videt q̄ 7 vinculū iuramenti. vt extra de spō.ꝓmis. 7 ō iureiu.puenit.io.

b Damno.res eni quas alter alteri dedit restituenk ei.vt extra de cōuer.cōiu.ex publico.licet possit videri q̄ ille p quē. stat q̄ matrimoniū nō cōsummatur debeat puniri vt.C.de spōsa.l.vlti. sed nō est ita si tamen osculū interuenit nō pōt sponsus nisi dimidiam partē rerum suaruz datarum ab ipsa repetere.sed mulier totum repetit quod dedit C.de do.ante nup.si a sponso.io.

i Quod autē.de hac materia habebis.xxxiij.q.i.c.i.io.

k Nubere.i.carnaliter cōmisceri.vt.ē.di.xxxiij.valentino.

l Scriptum est.in lumbarda.7 ita est ar.q̄ leges induci possunt in causis matrimonialibus.nam 7 in accusatione inducuntur.arg. ij.q. ir.dignum.

m Probare.j.xxxiij.q.i.si quis accepit cōtra extra de despon.impu. cōtinebatur extra de clam.desponsa.si quis clam.extra de fri.7 male.c. i.in his omnibus dicitur q̄ pbationi viri standū est.7 etiam sacro viri vt in.c.continebatur.sed hoc intelligitur cum vir tacet 7 probationes nō

habet.Imo verior est solutio q̄ hoc locū habet quotiēs mulier que vir go est se incognitā vult probare per aspectū corporis.hec ꝓbatio p̄ferē omnibus etiā iuramento viri,extra de proba.ꝓposuisti,validior enim est ⁊ melius res ingeritur animo oculata fide q̄ per aures insti.de gra di.cog.§.hactenus.⁊.§.consobrino.sed si fuisset mulier,potius crederet viro.⁊ sic loquuntur iura ꝺ̄ria.§.ecce.Jo.

a ¶ Institutis,xxxiij di.c.vlti.

b ¶ Negat. reuera nō est diuortiū ,ppie sūpto vocabulo,q⁹ diuortiū dicitur iter carnaliter cōmixtos.repudiū inter sponsos ff.de verbo.signi.iter stuprū.§.diuortium.

c ¶ Unde apparet,totum ꝺ̄ est allegatio.

d Qui dormierit, quidā dixerūt hoc.c.intelligendū ſz decre,extra de diuor. si qua.⁊ de spon. req fuit,sed ille decre.paruꝫ faciunt.b. vero etba.dicunt potius cē standū euāgelio.vnde intelligunt hoc.c. q̄ erigere non potest sed reddere tenet.vñ sic intelligunt sequētem litterā.non liceat ,ppie vxori reddere sibi debituꝫ.idest ipse non potest petere debitū ab ea ⁊ ita intelligunt predictas decre. nā peccata suos debent tenere auctores C.de pe.sancimus.⁊ est bodie expressum. extra de eo qui cog. consan. discretionez. ⁊ marie cuꝫ affinitas spiritualis magis sit q̄ carnalis.vt.xxx.q. iij.ita dilige.sed propter spiritualem supueniente non separatur.xxx.q.i.ad limina Joan.

e ¶ In coniugio .ſ. xxxij.q.vij. quidaꝫ.ſ. xxxiij.q.ij.si quis contra.sed ibi neutra fuit vxor.

f Quidaꝫ,dotauit,i. donationem ꝓpter nuptias dedit.nam sin leges mulier dat dotē ⁊ vir donationez extra .de do.inter vi,⁊ vx.nup.

g ¶ Sed mechus.si fuit sponsa de p̄senti. qō magis videtur ex eo q̄ dicit nō potuit ei cōmisceri. quia ad id sponsus iam venerat vt rētaret.ſz nō potuit aliquo impedimento impeditus. vel si fuit sponsa ō futuro cū qua nō committitur mechia.idest adulteriū. dic mechꝰ ⁊ mecha idest fornicariꝰ ⁊ fornicaria,q⁹ fornicatio mechia dicit.arg.xxxij.q.iiij.meretrices.⁊ hoc ē quod sequitur fornicationis ⁊c.

h ¶ Licita,post mortez sponsi si erat sponsa de presenti,ecce minus pu

vidua esset:vir eius ad sacros ordines consendere nō posset.maritus enim vidue eque sicut ⁊ bigamꝰ sacerdos fieri prohibet.ex huius aūt copula nullus prohibet a sacris ordinibus:vt enim ait gelasius papa: nihil est quantū ad hunc articulum attinet quod ei obuiet de canonicis institutis⁹.apparet ergo hos non fuisse coniuges.Itez si coniuges essent discessio abinuicem esset diuortium sed horum separationez negat Ambro.esse diuortiuꝫ:dicens de beata Maria quā sibi Joseph desponsauerat ⁊ in suam duxerat:ioseph nunquaꝫ cognouit eam: nam si vir iustus eam cognouisset nunquam a se discedere passus esset:nec dominus qui vxorem preceperat a viro non recedere nisi causa fornicationis cōmendans eam discipulo:auctor diuortij fuisset.ecce cōmēdacio Marie Joanni ⁊ detractio Joseph negatur⁹ fuisse diuortium quia ioseph non cognouerat eam:vnde apparet⁹ eos non fuisse coniuges:si autez beata Maria quam sibi ioseph desponsauit ⁊ in suam duxerat: cōiunx negatur fuisse:multo min⁹ ista que simpliciter sponsa erat: coniunx est appellanda. Itē ex ꝯcilio aurel.

Sororem vxoris polluēs: neutraꝫ valet habere.

Qui dormierit⁹ cum duab⁹ sororibus:⁊ vna ex illis antea vxor fuerat:nec vnam ex ipsis habeat nec ipsi adultero vnquam i cōiugio⁹ copulentur idest nec ꝓprie vxori sibi licet reddere debitū quaꝫ sibi reddidit illicitam sororem eius cognoscēdo nec etiam post mortez vxoris licꝫ ei adultere vel alicui copulari in coniugium. De sponsa vero econtra legit⁹ ꝯcil.triburiēsi.

De eo qui dormiuit cuꝫ sponsa fratris sui.

Quidā m desponsauit vxorem ⁊ dotauit⁹ eam:⁊ cum ea coire non⁹ potuit: quam clanculo frater eius corrupit ⁊ granidam eam reddidit:decretuꝫ est vt quāuis nupta esse nō potuit legitimo viro:despōsatam tamen fratri frater habere nō possit:sed mechus⁹ ⁊ mecha fornicationis quidem vindictam sustineant.licita⁹ vero coniugia eis non negentur. Itē ex eodem.

Si quis sponsam filii sui oppresserit: simul cum ea fine spe coniugij maneat.

Si quis sponsaꝫ⁹ filij sui oppressserit⁹ ⁊ postea filius eius eā duxerit pater⁹ postmodum nō habeat vxorem nec mulier virum.filiꝰ qui patria sacinus ignorauit aliam acciperat.Si illa⁹ quam vir sororis sue cognouerit⁹ ꝑpetuo copulari ꝓhibetur:hic vero qui sponsam fratris sui corruperat:pacta penitētia matrimoniū contrahere ꝑmittitur apparet hanc non fuisse coniugem fratris eius.Item mulier cā fornicationis a viro suo dimissa:aut ei reconciliabitur.aut eo viuēte inupta manebit. De sponsa⁹ vero ecōtra inuenitur⁹ i primo libro capitulariꝫ in quo ita legitur.

Si sponsus raptāre recipere nolverit liceat sibi alij nubere.

Raptor penitētia publica multet⁹.raptā vero si spōs⁹ accipere nolnerit⁹:⁊ ipa eidē crimini ꝓsentiēs⁹ nō fuerit⁹ licētia nubēdi alij nō negetur. Item ex conci.toletano.

De eodem.

Statutū est a sacro cōuentu vt si quis sponsaꝫ alterius rapuerit⁹ publica penitentia mulctetur:⁊ sine spe cōiugij maneat:⁊ si ipa eidē crimine ꝓsentiens⁹ nō fuerit:licentia nubendi alij non negetur:q⁹ si post hec ꝯiungere se presumpserint⁹ vterqꝫ vsqꝫ ad satisfactionem⁹ anathematizetur.Apparet ergo hanc non fuisse ꝯiugem cui vinente sponso alteri nubendi licentia non negatur. Quomodo ergo ſm Ambro.⁊ reliquos patres sponsi cōiuges appellantur:⁊ ex omnibus argumētis cōiuges nō esse ,pbantur.Sed sciēduꝫ est⁹ q⁹ ꝯiugium desponsatiōe inicia⁊ tur:cōmixtione pficitur: vnde inter sponsum ⁊ sponsam coniugium est sed iniciatum:inter copulatos ē cōiugium ratum. Unde Ambro.

In desponsatione ꝯiugiū iniciatur:

Quam iniciatur⁹ coniugiuꝫ coniugij nomen asciscitur:non cū puella viri admixtiōe cognoscitur. Ecce q⁹ in desponsatione ꝯiugium iniciatur:nō perficitur. Itez Ambro.in li.i.de patriarchis.

Coniunctorum commixtio matrimonium perficit.

In omni⁹ matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis quā confirmat ⁊ perficit coniunctorum ꝯmixtio corporalis. Item bie.super abdiam prophetam.

Matrimoniuꝫ sponsali ꝯiunctione iniciatur:ꝯmixtione perficitur.

Quapropter infiliabus,vestris fornicabuntur ⁊ sponse vestre adultere erunt. Notanduꝫ est q⁹ in filiabus dicit fornicationē futuram ⁊ in coniugibus adulteria que sponsali coniunctione iniciantur:⁊ commixtione corporum perficiuntur⁹.

a Quapropter.perficiuntur.non quo ad sui essentiam sed quo ad significationem.non tamen sequitur q⁹ ante non fuerit perfectum.q⁹ perfectum amplius potest perfici,ar.xi.q.iij.antecessor.perficitur autem matrimo

niuntur⁹ isti q̄ adulteri in superiori.c.sed hoc non contingit propter coniugiuꝫ vt intelligit,g,sed quia peccauerunt minus ob publice honestatis iusticiaꝫ q̄ si esset iam cognita ⁊ affinitas interuenisset.io.

i Si quis sponsaꝫ.ſ.de futuro.

k ¶ Pater.quare ergo frater permittitur vxorem habere in consimili cāu.vt.ſ.in.c.p̄cedenti. Rſi. quia pater proximior⁹ ē filio q̄ frater.nam vna persona intelligitur esse cuꝫ eo.vnde magis punitur.io.

l ¶ Si illa.apparet.allegando dicit.

m ¶ Cognouerit.ſ.eo.qui dormierit.

n ¶ De spōsa.de futuro.nā si fit de presenti idem est qō incognita.

o Raptor.nolnerit.de facto supple. si intelligas de sponsa ō presenti.nā de iure cōpellitur eam recipere si ipsa non peccauit nec consensit.sed per vim ē passa.ar.xxxij..q.v. reuera.ff.de adul.si vxor.§.si quis plane. nisi velit sponsus religionē intrare.si autē sponsa est de futuro non est cōpellendus quia libera debēt esse matrimonia.vt extra de spon. req fuit. nam ꝓpter modicam cāuꝫ potest dimitti sponsa de futuro. extra de iureiu. quē admodum.

p ¶ Cōsentiēs. tunc.n. non posset nubere nisi timeretur incōtinētia eius vt extra ō eo qui cog. cōsang.ex litteris,i fi.xxxvj.q.ij.si aūt.io.

q ¶ Nō fuerit.ante vl̄ post. non.n.refert quādo dolus cōmittatur.ar.i.q.i.eos.ff.de calū.l.i.§.qui autem.

r Statutū est.rapuerit. i.violēter corruperit. si hoc intelligas de sponsa de presenti.dic alij.ſ.a spōso qui est alius a raptore.si aūt legas de sponsa de futuro dicas alij.ſ.licet a sponso et raptore.nā cū raptore nō debet cōtrahere in odiū rapine si tamen cōtrahit tenet matrimoniuꝫ.arg.extra de rap. accedens.io.

s ¶ Consentiēs.ſ.xxxvj.q. ij.si aute.contra sed hoc de rigore iuris.

t ¶ Se presumpserint.infra xxxiiij.q.ij.nō satis.xxxvj.q. ij.tria.cōtra sed ibi de rapta nondū alteri despōsata. hic vero ō rapta alteri desponsata.

u ¶ Usqꝫ ad satisfactionez. idest donec penitētiam agāt de rapina.io.

x ¶ Sed sciendum est.ponit distinctionē suam de matrimonio iniciato.⁊ eam ꝓbat per.c.que sane intellecta aliō sonant.

y Quꝫ iniciatur,quo ad significationem. nam quo ad essentiam statim plenum est ⁊ perfectū.quia simplex est.sicut ⁊ oē sacramentum.io.

z In omni.

vlum per coitum quo ad sui significationē. q; tūc vtrāq; habet significationez
s. coniunctionē anime fidelis ad deum ⁊ xpi ad ecclesiā. extra de biga. c. debitū
sed quare sepatur matrimoniū causa religionis post ꝯiunctionem anime fide
lis ad deū. ⁊ non post ꝯiunctionē xpi ad ecclesiam. ratio est. quia anima sepa
ratur a deo per peccatū. vnde nō est mirū q; post talem cōiunctionem matri
monium separatur. sed illa
coniunctio christi ad ecclesiā
designatur per vnionē qua
vnita est diuinitas carni hu
mane in vtero virginali. vñ
quia humana caro nunquā
a deitate separata est iō post
talem cōiunctionē matrimo
nium nunq; dissolutur. vel
potest dici q; facilius est q;
vna alia separetur a deo. q;
tota ecclesia. imo ipossibile ē
q; tota ecclesia separet a deo
q; ecclesia nō pōt nulla esse
xxiiij. q. i. pudenda. ⁊ xxi. di.
c. i. ioā.

a Si quis. tradita. ergo
si non fit tradita sibi
⁊ traducta ⁊ ea vtatur viz fa
cit. vt. C. de rap. vir. l. vna. sꝫ
l. illa nō tenz. vt. j. e. lex extra
de rap. cū cām. io.

b Institutū est. nō statiz.
q; nisi infra duos mē
ses. extra de conuer. ꝯiug. ex
publico. similiter fideiussor
nō debet stati venire cū sac
co paratus. ff. de solu. qō di
cimus. l. d. q;uis.

c ¶ Ne vilē. nā gratior ē fru
ctus quē spes pductior edit.
⁊ nō. q; ꝓpter cauendam vi
litatez multa omittūtur. xvj.
q. i. precipimus. ff. ō offi. pñi.
obseruādū. xlv. di. ō iudeis.

d ¶ Iurta. de iniciato ⁊ con
sūmato.

e ¶ Nō ptinere. ex his ver
bis. g. bon⁹ itellect⁹ haberi
pōt. sed q; ipse malū habuit
pz er illo loco. cūcta ergo.

f ¶ Sponse. nec hec solutio
multū valet q; eadē rōne di
ci pōt. q; cōmittatur adulte
rium spe futurorū nō repre
sentiū. qui cuz sponsa alicui⁹
fornicatur qō rediculum est
dicere.

g ¶ Effectu. idest. ꝓpter fide
le coniugiū. vt. ō. e. ꝯiunr.

b ¶ De parētibus. Joseph
enim putatiu⁹ pater dñi dic
tus. c. sicut ⁊ parētes nam
Martha carne fuit ei⁹ pa
rens. vnde erpone parentes
i. parēs plurale p singulari.

i ¶ Quia futura. er hoc lo
co habuit taz gandulphus
q; gratianus cām sui erro
ris dicētes verū cōiugiū nō
fuisse iter Mariā ⁊ Joseph
qō tamē falsum est. vt. ō. eo.
ꝯiunr. ⁊ est hic ar. aliquē su
mere appellationē ab eo qō
futuz erit. vt. xxiij. q. i. parat⁹

k Genuit. In pria parte
cōmētatur hieronymus sup illa auctoritate ge
nuit Joseph. In scda ꝯmē
tatur sup illa. inuēta est ⁊c. i
tertia ꝯmentatur super illa.
Joseph filij dauid ⁊c.

l ¶ Joseph. vba euāgeliste.

m ¶ Nuptiaz. i. carnalis cō
mixtionis. q; carnalē copulā
eius non cognouit.

n ¶ Filij dauid. quidā dice
bant beatā virginem alios genuisse eo quod euangelium dicat pepit
filium suum primogenitū ⁊ Joseph de alia mulierecula plures habuisse
vt sic christi parentes infamarent.

o ¶ Gressus. Ecce. ō. xiiij. di. c. i.

p ¶ Ad sponsos. tamen appellatione generi sponsus ꝯtinetur.
iiij. q. iij. itē ne libert⁹.

Item ambro. ad paternuz.

**Cuz desponsata fuerit tradita: ⁊ i vsū
deducta: rite coniunx appellatur.**

Si quis desponsata sibi ⁊ tradi
ta⁹ vtatur: rite cōiugū vocat.

Quare autem post nuptialia pacta
non statim tradatur Augustinus in
libro quarto confessionuz ostendit
dicens.

**Quare sponse post pactum non sta
tim tradantur.**

Institutū est vt sponse iam pa
cte non statim⁹ tradantur: ne vi
lem⁹ habeat maritus datam: quam
suspirauerit sponsus dilataz. Juxta⁹
hanc distinctionez intelligenda est
illa auctoritas aug. non dubium est
illam mulierē nō pertinere⁹ ad ma
trimonium cum qua docetur non
fuisse cōmixtio sexus. ad matrimo
niū perfectū subintelligenduz est ta
le videlicet quod habeat in se chri
sti ⁊ ecclesie sacramentuz: ita ⁊ illud
leonis pape intelligendum est. sed
obijcitur illud augusti. inter Ma
riam ⁊ Joseph fuit perfectum cōiu
gium. sed perfectum intelligitur nō
ex officio: sed his que comitantur of
ficium ꝯiugij ex fide videlicet pro
le ⁊ sacramento que omnia iter chri
sti parentes fuisse auctoritate augu.
probantur. cuncta ergo que de non
separando coniugio inducta sunt ō
perfecto intelligantur: quod spon
sali coniunctione est inicitatum: et
officio corporalis commixtiōis est
consummatum. Illa vero in quibus
separabile coniugium ostenditur
similiter de iniciato itelliguntur qō
nondum officio sui perfectum est.
Potest ⁊ aliter distingui: sponse⁹ ap
pellantur coniuges consuetudine
scripture spe futurorum: nō effectu⁹
presentiū. vnde Ambro. cū dixisset
cū iniciaꝫ ꝯiugium nō addidit tunc
res vel effectus: sꝫ tūc nomē coniu
gij assciscitur ostēdens tales cōiugij
nomē haberi nō rē vel effectū. Itez
Aug. cū de parētibus⁹ dñi loquere
tur ait: ꝯiuges fuerūt mēte ⁊ nō car
ne sicut ⁊ parētes. ex quo daꝫ intel
ligi q; sicut ioseph pr̄ dñi dict⁹ ⁊c: nō
effectu geniture: sꝫ officio ⁊ cura pro
uidēdi: sic ⁊ ꝯiūx mater ei⁹ appella
tur non ꝯiugij effectu sed submini
stratione necessariorum ⁊ indiuidue
mentis affectu. hinc Augu. ait: noli
timere accipe Mariā ꝯiugē tuā. cō
iugē noiauit: quia futura⁹ erat vxor
hic ⁊ beda sup leviticū: si quis spon
sam alteri⁹ violauerit ⁊c. ꝯponsam
vxorez dixit non que tūc erat: sꝫ que
futura erat vxor. hinc etiā hier. sup
matheum in euangelio cuz esset de
sponsata ⁊c.

**Consuetudine scripture sponse con
iuges ⁊ sponsi viri appellantur.**

Genuit ioseph⁹ virum Marie
cum virū audieris tibi nō sub
eat suspicio nuptiaꝝ⁹ sed recordare
ꝯsuetudinis scripturaꝝ q; sponsi et
sponse vocent vxores. ⁊ infra nō ab
alio inuēta est nisi a ioseph qui pene
licentia maritali future vxoris om
nia nouerat. ⁊ infra. ioseph filij da
uid⁹ ⁊c. Jam vt supra diximus spō
sas vxores appellari constat: quod
plenius liber aduersus heluidium
docet. Idem super geneziz li. iiij.

De eodem.

Egressus itaq; loth locutus ē
ad generos suos: qui acceptu
ri erant filias suas. in sequentibus fi
lie loth virgines fuisse dicuntur et
ipe ad sodomitas dixit: ecce⁹ due fi
lie mee que non cognouerunt virū
⁊c. nunc autem dicitur habuisse ge
neros: sed quidam arbitrantur eas
que viros habuerunt in sodomijs
periisse ⁊ que virgines erant cuz pa
tre exisse: sed hebraica veritas habz
egressus loth locutus est ad spōsos⁹
suos: quod quidem magis verum
esse videtur ex hoc quod sequitur q
accepturi erant filias suas. vnde da
tur intelligi q; scriptura sponsos ge
neros vocat. Item ioan. os au
reum in eodem euangelio.

**Maria coniunx dicit more scriptu
re cū simpliciter sponsa esset.**

Prinsquā⁹ conuenirent non dixit
prinsquā in sponsi adducerē
tur domū: hunc enim morem serua
bat⁹ antiquitas: vt sponse in sponso
rum domibus haberentur⁹ vt autē
generi loth apud soceruz leguntur
habitare cum spōsis nondum sibi
copulatis legat ꝯiugij sic ⁊ Maria⁹
habitabat cū spōso. ⁊ infra neqz enī
eam voluit de domo expellere sed
dimittere⁹. ⁊ infra. noli timere accipe
Mariam coniugez tuam: quo ser
mone sponsam similiter indicauit:
sicut etiam eos qui adhuc spōsi sunt
generos appellare scriptura ꝯsue
uit. quid enim est accipere nisi do
mi ꝓfecto retinere⁹: iam enim illaz
mente dimiserat⁹: ⁊ infra. sicut enizz
postea illam cōmēdauit christ⁹ ipsi
discipulo: sic ⁊ nunc angelus copu
lat⁹ sponso non in fedus solēne con
iugij sed in cōsortium cōis habita
culi. Item in eodem homelia se
cunda.

**Dominus non ꝯmendasset matrē
discipulo si eaz ioseph cognouisset.**

Si. n. cognouisset eā: ⁊ loco ha
buisset vxoris⁹ quomō illam
dñs quasi absqz solacio ⁊ nihil peni
tus habentē discipulo ꝯmendasset
iubens illi vt eaz reciperet i suam.

Item Origenes i eodem.

**Maria vxor ioseph appellatur qa
sic ab eo putabatur futura.**

q ¶ Prinsquā. hic
prius nō no
tat ordinē. argu. ex de
ver. sig. qō dicit. arg.
xix. q. vl. aut. nūc aūt.
vnde nō segtur q; po
stea ꝯuenerit. ⁊ etiam
obstat huic ar. ler. nā
ler dicit q; si seruus
nō fuerit emptus pri
usquam moreꝛet vel
mortu⁹ eēt nec ide se
quit q; post emicatur
q; hoc esset ipossibile
ff. de emic. si seruus.

r ¶ Seruabat. non tñ
vbiqz imo alicubi
ꝓriuz obtinebat. put
statis subditur de ge
neris loth.

s ¶ Haberentur. ff. ō
rit. nu. l. mulieres. vñ
nisi p⁹ puberes ānos
spōsa inueniebatur in
domo spōsi nō presu
mitur vxor. vt. ff. ō ri.
nup. l. iij. itē licet post
puberes ānos spōsa
inueniatur in domo
spōsi. tñ nisi ꝯstet de
spōsalib⁹ hoc ipso q;
secū repitur nō presu
mitur matrimoniuz.
vt. ff. de spō. quesituz.
⁊ ex ō rest. spo. ex pte.

t ¶ Sic ⁊ Maria. si
militudo ē p ꝓtrariuz
vel i eo qō ⁊ isti et illi
cohabitāt spōsis sine
carnali cōmixtione.

u ¶ Sed dimittere. i.
ad eā nō accedere.

x ¶ Retinere. ergo ⁊
accipe ⁊ retiere. ar. xij.
q. ij. si qua de rebus.

y ¶ Dimiserat. q; su
spicat⁹ ō ea fuerat ad
ulteriū. ij. q. i. si pecca
uerit.

z ¶ Copulat. i. ꝯsiliat
nō desponsat. sed qō
dicit q; iam mēte di
miserat eā ⁊ quasi se
parati erāt. tñ prius ei
fuit ꝯiūctus p ꝯsensū
mrimonialē ⁊ cōsen
sit in carnalem copu
lam. ō. e. q. §. i.

a Si eni. vxoris.
arg. q; viuēte
ioseph seperata ē vir
go ab eo. ar. ō. ecce et
hoc cōtra petrū man
ducatorē qui dixit q;
ioseph mortuus erat
tēpore dñice passiōis.
hic enī exprimitur cā
quare domin⁹ sepa
rauit eam a ioseph.

a Fluenta, dico cõiugem. in persona angeli quasi loquitur hic Origenes.

b Vt legis, q. fm. l. que iam sponsa erat lapidabatur ob fornicationẽ xxxiiij. q. ij. non satis sed que nondum erat sponsa alicuius & fornicabatur non puniebatur morte, nisi postea copularetur tanquam virgo, et ita lapidaretur beata virgo, quia cum iam sponsus haberet grauida apparebat & ita cõstabat vel ante vel post desponsationez eam fornicatam presumptiue, & ideo fuit desponsata. sed fm legem romanaz secus est. nam si qua fuerit fornicata antequam fit sponsa, non potest accusari de adulterio si vero postquã fuerit sponsa, potest. ff. ꝺ adul. si vror. §. siquis vero. tamen dicunt quidam. q. etiaz fm pler fornicatio morte puniebatur i aaronitis, quia maior mundicia exigebatur i eis quia ꝺ eis auctor mũdi. idest christus erat nasciturus & nota q. hic occultat aliquid propter malitiam ei⁹ cui fit occultatio. quãdoqz occultatur aliquid propter rei excellentiam. xliij. di. i mãdatis. quãdoqz ideo, quia auditores capaces non sunt. viij. q. i. oportet. & ibi multa habeo vobis dicere que non potestis portare modo.

c Ioseph quippe. discipulum. & cetera.

d Et bis fere per totum istum. §. male dicit. g. immo per totam hanc questionez Joan.

e Sicut. hic p vnuz falsuz vult aliud probare. nam q. adulto non dimittantur peccata per fidẽ ante baptismum nemo catholic⁹ dicit hoc etiaz augu. expresse negat. de con. di. iiij. non dubito. & c. baptismi. verum est q. non dimittuntur omnino ante baptismum quo ad omnem penaz. quia non quo ad temporalem. quod fit q. baptismum. de con. dis. iiij. sine penitẽtia. nisi summa esset contritio. vt de con. distinc. iiij. capitu. baptismi. vicem.

f Syricius. ĩ. eo. q. de coniugali. & ita solvit quod non obiecerat.

Iuenta⁹ est habens in vtero a beato ioseph: quia eã nõ contigerat: future tñ vt putabatur vroris oĩa vouerat. & infra: si tibi vror nominatur: & si in despõsatiõe vror tibi eẽ dicitur: non tñ tibi vror ẽ: sed dei vnigeniti mater est eterna. & infra. dico coningem ꝓpterea: vt diabolo virginitatẽ eius occultẽ: vt legis⁹ institutã nõ destruã. In sequentibus ostendam: q. nec ista tua cõiunx fm cõsuetudinẽ cõingii habeatur: nec iste q ẽt generat tuus filius esse credatur. Item grego. in expositione euãgelij.

Ad nuptias ioseph non peruenit. Maria.

Sic quippe discipulus⁹ post resurrectionẽ suaz dubitare permisit: tñ nec in dubitatione deseruit: sicut ante natiuitatem suam habere mariã sponsuz volnit: q tñ ad ei⁹ nuptias non peruenit. Vaz ita factus ẽ discipul⁹ dubitãs & palpans testis vere resurrectiõis sicut spõsus fuerat & matris custos integerrime virginitatis. Ex bis⁹ oĩbus auctoritatibus apparet sponsas coniuges appellari ꝓpe futuroz̃: nõ re ꝑsentium quo ergo coniuges a prima fide desponsatiõis appellantur: si ista que asserit sponsa cõiunx eẽ negatur. sed a prima fide despõsationis coniũx dr̃ appellari non q. in ipsa desponsatione fiat coniunx sz q. ex fide quaz ex desponsatione sibi inuicẽ debent postea efficiũtur cõinges: sicut⁹ per fidem dicuntur remitti peccata nõ q. añ baptisma per fidẽ remittãtur sed q. fides est cã quare i baptisma te a peccatis emũdamur. Illud autem ioannis chrysostomi: matrimonium non facit coitus sed voluntas Item illud Ambro. non defloratio virginitatis: sed pactio coniugalis matrimonium facit: ita intelligendum est: coitus sine voluntate contrahendi matrimonium & defloratio virginitatis sine pactione coniugali matrimoniũ non facit: sed precedens voluntas contrahendi matrimonium & coniugalis pactio facit: vt mulier in defloratiõe siue virginitatis vel in coitu dicatur nubere viro vel nuptias celebrare. Item syricius⁹ papa. Discessionem sponse a sponso vocat coniugalem separationem: sed talis discessio dicitur violatio coniugij non iam exĩtis sz futuri vt ex ipsa desponsatione sperabatur: sic & diabolus dicitur cecidisse a beatitudine⁹ non solum quã tunc habebat sed etiam ad quam habendã creat⁹ erat. sic qui merito sue vite vel scientie in sacerdotem vel epm eligit si interiz electionem suã cassari meruerit dicitur amittere sacerdotalẽ⁹ vel episcopalẽ vnctionẽ non quã iã acceperat⁹ sed ad quam accipiẽdã elect⁹ erat: nõ ergo illa auctoritate spõsa cõiunx potest probari: sed concedatur q. spõsa non sit coniunx: tamen queritur vtrum⁹ liceat ei renũciari priori cõditioni. hoc autem probibetur auctoritate anchiritani ꝓcilij. i quo statutum ita legitur.

Puelle desponsate prioribus reddende sunt.

Despõsatas puellas: & post ab alijs raptas placuit erui⁹ & reddi eis quibus ante fuerant desponsate⁹ etiam si eis raptoribus vis illata constiterit. Item ioan. chrysosto. rostanno archiepõ.

Communione priuetur sponsa nisi raptorem deserere: & ad sponsuz suũ redire voluerit.

Atho presentiũ lator dñ in nostro seruitio fideliter excubaret: quẽdã virũ feminaz sibi desponsataz cõquerit raptuisse: & iõ fraternitas tua nr̃a auctẽ suffulta suffragaz neos suos epos p̃tialiter cõnocet & sic vnanimi snia si ꝑsonsaz huic rapror nõ reddiderit: tã idẽ quã rapta si ad pristinũ snũ sponsum remeare⁹ noluerit oi cõtione priuent. Sz aliꝺ est priori ꝓditioi renũciare & de nuptijs cũ alio agere: aliud ẽ rapi hoc est illicite cõstupriari. Unde Isidorus etymo. li. v. c. xxiiij. ait.

Quid sit raptus.

Raptus⁹ ẽ illicitus coit⁹ a corrũpẽdo dict⁹. vñ qui raptu potitur stupro fruit. Hec ãt non ab alio rapta sed alij despõsata mõstrat: rapta vero talẽ dici ꝓhibet gelasius papa dicens.

Ibi raptus admittitur vbi puella adducitur de cui⁹ ante nuptijs nibil probatur.

Ex illa⁹ preteritoz principum ibi raptum dixit esse ꝓmissum vbi puella de cui⁹ ante nuptijs nibil actum fuerat videbatur abducta. Qõ ãti fine capituli subiungitur ẽt si eis a raptoriꝫ⁹ vis illata ꝓstiterit⁹ iõ additũ ẽ q. raptaz alie se rapiendas exponũt. alie violenter abducuntur. quolibet ergo mõ rapiãtur priori reddende sunt. hec aũ⁹ vt supra dictum est. ꝓcul dubio ad illa ignoro. forte in codice theodosiano quia potius⁹ contrariuz inuenio. vt. C. de rap. vir. l. i. sed illud non tenet. vt extra de rap. cum cãm.

Acceperat. a mittit ergo quis quod non habet. C. de admi. tu. pupillorum. ar. ꝓra ff. de re. iu. nõ videtur re excluſus. qui rem non habuit.

Queritur vtrum. huius questionis nulla est vis. determinatur enim p iã quod est extra de spon. duo. duobus modis. & c. li. preter solitum. sed i hoc dissentiunt doctores. an spõsa de futuro cogatur stare cum sponso suo. quod videtur. vt extra de spon. ex litteris. & de conuer. coniu. sane. item quia pro quolibet mortali peccato possumus cogi ad penitentiaz. xxij. questiõe i. c. vlti. sed contra extra de spon. requisiuit & supra eo. q. i. de viduis. dicunt quidã q. cogi debet a principio si tamen perseuerauerit contumax non est amplius cogẽda tu dicas semper esse cogẽdam nisi euidentissima subsit causa. sunt tamen casus vij. in quibus sponsa de futuro licite potest recedere a sponso. vnus si alter vult intrare religionem & illud etiã tenet in sponsa de presenti. extra de conuer. coniuga. ex publico. secũdus casus si alter recedit ad remotã regionem nec potest inueniri extra de sponsa. de illis. tertius casus si alter incurrit lepraz vel aliquam deformitatẽ corporis. extra ꝺ coniugi. lepro. litteras. extra de iureiu. quẽ admodum. quartus si supuenit affinitas vel si fornicetur spõtanee vel coactus extra de iureiur. quemadmodum. ş. e. quidam desponsauit. quintus secunduz quosdam est si mutuo se absoluerint extra de spon. preterea. sextus si contrarit cum alio per verba ꝺ presenti extra ꝺ spon. duorum. c. i. & ij. sed in hoc casu est peccatum. septimus si id quod minor fecit non vult seruare in adulta etate. vt extra de spon. ipu. de illis.

Desponsatas. erui. i. auferri a raptore.

Despõsate. ĩ. xxxiij. q. ij. nõ satis. vbi precipitur nõ reddi priori viro. contra. sed ibi consentit raptori. & hic loquitur de sponsa de presenti item cõtra. C. de spon. l. i. ibi dicitur⁹ q. vni despõsata potest alij nubere. sed est abrogatum.

Atho remeare. si intelligas de sponsa de presenti planum est. si de spõsa de futuro. dic vt in summa.

Raptus. hoc. c. inducit g. vt probet illicitũ eẽ coituz in rapta. vndẽ per cõsequens vult probare. q. debeat a secundo separari si eã raperet. cũ illicite ei adiungatur. ita tamẽ q. ille qui secundo rapuerit nõ tractasset primo de spõsalibus. & ad hoc inducit. c. sequens.

Ex illa. sed obi⁹ fit lex

g Aberatitudine. habuit quidem beatitudinem. sed non permanentem vel confirmatam. vbi dicitur non habuisse. in celo. xxj. q. ij. visis. de pe. di. ij. principium. xix. di. propter totius.

h Sacerdotalem. sed hoc non nisi post confirmationem. vt extra de

q Quod. aũt constiterit. ş. e. desponsatas.

r Hec autem. de qua agitur in themate.

a De cõiugali.ducta,hoc male ſoluit.naz huiuſmodi ſolẽnitates nõ faciũt ad eſſentiam matrimonij.xxx.q.v.noſtrates.

b Illud Gregorij.xxviij.q.i.c.i.rẽ.

c Vidam.infidelis.Superiori cauſa quinqz notãtur cauſe que prohibent matrimonium cõtrahere,z cõtractũ iubent dirime, re verbi gratia.votũ.ordo religio.babitus.ligatio.z publice honeſtatis iuſticia.in hac vero cã ponuntur que ipediũt matrimonium verbi gratia.diſpar cultus.vel diſſimilitudo fidei.vt inter fideles z infideles.z pño tractat.an matrimoniũ ſit inter ifideles.z oſtendit etiam quid iuris ſit ſi alter de duobus cõiugibus infidelibus ad fidem cõuertatur.

d Quod aũt.Hic intitulat pria queſtio an.ſ.mrimonium ſit iter infideles z certum eſt quod ſic. licet non ſit ratum.j.eo.§.z c.i.g.tamẽ ad vtrãqz partez allegat z bñ ſoluit.j.§.ex bis ꝫ qrĩ hac queſtione quedaz c.ponũtur pertinentia ad ſecũdã queſtionẽ.que ẽ.an altero remanẽte in ifidelitate poſſit ꝙcurſus ad fidẽ alij ſe copulare de ea videamus. Notãdũ ergo ꝙ cum vnus cõiugũ ad fidẽ cõuertit.ſi remanens in infidelitate eſt iudeus.nullo mõ fidelis õbet cohabitare cum eo.niſi velit ad fidẽ cõuerti.z ſi non vult cõuerti.põt aliã ducere.j.e. iudei,ſed ꝺriũ ẽ hodie veruz vt extra de diuoz.ꝙto.z.c. gaudemus ſi aũt ẽ paganꝰ z nõ vult cohabitare,vel vult ſed cũ blaſphemia rpi,vl vt eã pertrahat ad mortale peccatũ.fidelis põt cũ alio ꝙtrahere.j.e.ſi ifidelis,z hos tres caſus in quibus licet ei contrahere cũ ſecũda.habes extra ꝺ diuoz.quãto.z.c.ſequẽti.ſi aũt vult ifidelis cohabitare cũ fideli z ĩ pace l electione fidelis eſt an velit ei cohabitare vel non ſed tamẽ cuj altero nõ poteſt eo viuente contrahere.j.q.e.iam nunc. z.c.ſic.n.

e Ex fide.i.quod fit er certa ſcientia contra fidez ẽ peccatum.de pe.di.iij.§.bis auctoritatibus.

f Peccatum.vt.xxvj.di. deinde.

g Non eſt vera.i.ad veritatem ducens.

h Juſſit hoc.c.nõ facit ad ꝓpoſitũ.quia nõ erat inter eos matrimoniũ niſi de ſolo facto.ſed quod dominus pmiſerit eſſe fidelẽ cuj vxor infideli ĩtelligitur cuj matrimoniuz preceſſerat iter eos.

i Dimitti.a iudeis.

k Emendandum.arg.ꝙ nõ currit ꝓſcriptio ĩ mrimonio.quod verũ ẽ hodie.vt eꝫ de conſang.z affini, non ꝺz pra dictũ ẽ nõ iter raptas ſed iter alias deſpõſatas cõnumeratur z iõ nõ ẽ huic auferẽda z prioꝛi reddenda. Sequunt alie auctoꝛitates qbꝰ iſta ꝓbibet nubere ſcõo z iubet redire ad ꝓoꝛa vota. Ait.n. ſyricius papa bimirio epiſcopo terracoñ.

Puellam alij deſponſatam alter acciperenon valet.

De coniugali violatione requiſiti ſi puellam alteri deſponſatam alter in matrimonium poſſet accipere.tale ergo cõnubiũ anathematizamus z modis omnibus ne fiat prohibemus:qꝛ illa benedictio quã nupture ſacerdos iponit apud fideles cuiuſdã ſacrilegij inſtar eſt ſi vlla trãſgreſſione violet ſz auctoꝛitate hac ſyricij illa ꝓhibetur ad ſecũda vota tranſire:que in propria domo ẽ ducta z cũ ſponſo ſuo ẽ velata z benedicta.talium diſceſſione violatur benedictio quaz nupture ſacerdos iponit:verũ hanc necduz ſponſus in ſuam duxerat nec cuz ea benedictionez acceperat.non ergo hac auctoꝛitate huiuſmodi copula ꝓhibetur. Item illud euſebij pape. deſponſataz puellaz non licet patrẽ tibus alij viro tradere: ſimiliter z ꝺ huiuſmodi deſponſata intelligitur que videlicet cuz ſponſo eſt velata z benedicta. Itẽ objcitur illud gregoꝛ.que propter frigiditatem a viro ſuo ſeparata eſt z alij nupta fuerit:ſi vir eius aliam cognouerit illa eſt detrahenda ſecundo z reddẽda primo.ſed eodem modo ſoluitur quia iſta videlicet cum illo benedictionẽ acceperat. Aug.de fide pactionis z conſenſus.

Si quis alicui conſenſus fidem fecerit nõ licet illi aliaz ducere. Palea.

Quoꝺ modis ꝺicitur fides:et pactionis z conſenſus. ſi aliquis alicui mulieri fidez fecerit pactionis non debet aliam ducere:ſi aliam duxerit penitentiam agat de fide mentita.maneat tamen cũ illa quaz duxit.non enim reſcindi debz tantum ſacramẽtuz.ſi aũt fecerit fidem conſenſus non lz aliam ducere:ſi autẽ duxerit dimittet eam z adherebit vxoꝛi prime. Eſt aũt fides pactiõis quando aliquis,pmittit fidẽ alicui ꝙ eã ducet ſi permiſerit ei rẽ ſecum hr̃e vel ẽt ꝓ cõſenſu.fides ãt cõſenſus eſt qñ z ſi non cõſtringat manũ:coꝛde tamen z oꝛe conſentit ducere z mutuo ſe cõcedunt vnus alij z mutuo ſe ſuſcipiunt.

Vidam vir infidelis in coniugio poſitus ad fidem ꝙuerſꝰ ẽ vxoꝛ vero eiꝰ fidei odio chriſtiane ab eo diſceſſit.ille quãdam fidelem ĩ vxorem accepit: qua mortua clericus efficitur:tandem vite z ſcientie merito in epiſcopũ eligitur. Hic primum queritur an coniugium ſit inter infideles. Secũdo queritur: an liceat huic aliam ducere prioꝛe viuente. Tertio an ſit reputãdus bigamus qui ante baptiſmum bauit vnam z poſt baptiſmũ alterã.

Q.i.

Quod aũt inter infideles coniugiuz non ſit multis auctoꝛitatibus probatur Ait enim paulus: omne quod non eſt ex fide peccatum eſt: coniunctio autem ifideliuz non eſt ex fide.z ideo peccatum eſt.non eſt ergo coniugium quia nullum coniugium peccatum eſt. Itez Aug.nõ eſt vera pudicitia hominis infidelis cum coniuge ſua:vbi autẽ vera pudicitia eſſe non poteſt:ubi nec verum coniugium eſt. Item Ambro. iuſſit eſdras dimitti vxoꝛes alienigenas per quas ibant ad deos alienos.non eſt enim putandum matrimonium quod extra dei decretum eſt factum:ſed cum cognoſcitur eſt emendandũ. Idem Augu. non eſt ratum coniugiuz quod ſine deo ẽ. Ex his oibus auctoꝛitatibus ꝓbatur coniugium non eſſe inter infideles. Sed econtra alie inueniuntur auctoꝛitates quibus probatur coniugium eſſe inter infideles:quarum prima eſt illud euangelij quod chriſtus ait. Erunt quinqz in vna domo:duo in tres z tres dividentur in duos.deinde cum perſonas illas enumeraret vxoꝛez in virum ẽ dividendam virit z econuerſo. Item qui non odit patrem aut matrem aut ſoꝛoꝛem aut vxoꝛẽ ꝓpter me: non eſt me dignus:vxoꝛem ifidelez non fidelem dixit odio habendaz. Item omnis qui reliquerit domuz aut patrem aut matrez aut ſoꝛoꝛez vel vxoꝛem ꝓpter me:centuplũ accipiet z̃. vxoꝛem in hoc loco infidelem ſignificat:que ꝓpter chriſtum dimittitur duz potius ipa quã chriſti fides deſeritur. Item apoſtolus.ſi quis frater vxoꝛem habet infidelem z hec conſenſerit habitare cum illo non dimittat illaz. z ſi qua mulier habet maritum infidelez:z hic cõſenſerit habitare cũ illa nõ dimittat virum ſuum.ſanctificatus ẽ enim vir infidelis per mulierem fidelem:z ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem. Item ad titum.hoꝛtare adoleſcẽtulas vt diligant viros ſuos.hoc tam de fidelibus quã de infidelibus itelligendũ eſt.infidelibꝰ nãqz viris fideles mulieres ꝓpẽſius ꝓpter deum debent

l Ratum.i.inſeparabile.

m Quinqz.i.pater filius mater filia nurus vel gener.

n Duo.i.duo ſepabuntur a tribus.qui cõuertuntur ad fidem.

o In tres.i.contra tres.contrarij enĩz ſunt quando conuertuntur ad fidem.

p In duos. ideſt tres cõuertuntur ad fidem.z ſeparabũtur a duobus.

q Qui non odit.i. q non poſtponit amoꝛes patris amoꝛi dei.

r Cẽtuplum. non dicit.c. vxoꝛes,ſed id quod excedit cẽtuplũ ſcilicet vitam eternaz accipiet.

s Cõſenſerit.ſi vero nollet habitare cũ eo poſſet eam dimittere z aliam ducere viuente illa.j.eo.q.iij.ſi infidelis.

t Nõ dimittat.j.e. iudei.ꝺ ſed hic de gẽtili.ibi de iudeo circa quez ſpecialiter illud obſeruatur habẽt.n. iudei legem z prophetas quibus muniti z parati ſunt alas ſimpliciuz fallere.xi.q.iij. ad menſam.ſed gentiles hoc nõ habent. hodie tamen hoc idẽ videtur de vtriſqz.eꝫ de diuoz.quanto.

u Sanctificatꝰ.frequenter enim vnus ſanctificatur per alterum.z eſt argu.ad ea que frequentius accidunt iura adaptari ar.j.e.iã nunc z.iij.q. v.accuſatoꝛes vel teſtes.z.xxviij.di.de iudeis racuſane.

a ¶ Bethcodora. vxore fisumij. qr ambo erāt infideles sed postea illa cō uersa est ad fidē. ⁊ per eā postea vir cōuersus est.

b Nquid. hoc. c. est de verbo ad verbum. xxvij. di. deinde. ⁊ ibi exponitur. io.

c Si quis. dimiserit. propter fornicationē quam fecit.

d ¶ Post baptismū. si dicas alterius tantum planū est. qr fidelis nō compellitur in aliquo casu infidelem eā habere sed non cōtrahere cū alia. nisi in tribus casibus. extra de diuor. gaudemus. sed si vterqz fuerit factꝰ fidelis dicit. b. ꝙ quocūqz modo eā dimiserit siue qr dedit libellum repudij. siue alio mō semp cōpellitur eā recipere post vtriusqz baptismum nā dicit oē peccatum deletū eē i baptismo. ēt exceptionem q̄ viro ꝓpetebat ꝓpter delictū mulieris. sed tutius est distinguere cū Innocentio. vt si dicatur ꝙ ante dedit ei libellum repudij ⁊ mō vterqz cōuersus ē cōpellitur eaz recipere. nec pōt mō ei obijcere si cū alio cōtraxerit quasi obiectu fornicationis repellat. naz licz in veritate fornicata sit. qr tamē illa fornicatio licita est ꝑm eos nō pōt eaz repellere si vero alias fornicata fuisset. ⁊ ꝓpter illā fornicationē eā dimisisset nō compellitur eā recipere. hoc totum habes extra ō diuor. gaudemꝰ. §. vl. nec ē ꝓtra de conse. di. iiij. fine pnīa. ⁊ de pe. di. vlt. nullus. non. n. dico per baptismū alterius exceptionez sibi cōpetentē auferri posse. ⁊ rationē istius plene notaui. xxvij. dist. deinde. in fi. qr fornicatio nō tantū vxorē sz vir maculat. xxxij

e Sq. i. i cōiugio. Imilu modo.

f Uxor infidelis. hoc. c. ⁊ sequēs intelligitur de dispari cōiugio. propter hoc qō dicit si cū viro christiano. cē. ⁊ ibi quādo ad baptismū. ⁊ ꝓtinētur hic duo casus in quibus licite dimittitur vxor infidelis cum non vult cohabitare vel vult sed ea conditione vt vir cōmittat aliquod mortale peccatū. de pari aūt cōiugio. b. non ītellerit qr si vterqz cōiugū est fidelis. fidelis fidelem nunq̄ pōt dimittere ꝑm. b. nisi ob fornicationem carnalem vel spiritualem. s. idolatrando tantū alias non. vnde si vxor christiana ptrabat virum ad mortale peccatum verberet eā ⁊ castiget si potest ⁊ non consentiat ei. sed alij intelligunt hoc de pari coniugio quia fidelis fidelem bene potest dimittere si compellitur ab eo ad mortale peccatum nec forte resistere potest. sed expresse ꝓtradicit. extra de diuor. quesiuit. ⁊. c. ꝙto sed pone ꝙ dimisit si post penitet nū quid ideō illa tenetur eū recipere. distingue per decre. extra de diuor. de illa.

g ¶ Societate. i. mrimonio.

b ¶ Coniuncta. dūm in infidelitate.

i ¶ Reliquitur. a viro facto christiano. ⁊ tunc licite potest alij copulari vir.

k ¶ Non attēditur. alius casus est ⁊ ponitur interrogatiue. q. d. non solū in premisso casu licite dimittitur vxor sed non attenditur. i. nonne attenditur cē.

l ¶ Eam. i. infidelem.

m ¶ Trāsigebas. idest pascebas.

n ¶ Et mēbrū. i. vxorem.

o ¶ Amputabit. remouēdo a se corporaliter.

p Idolatria. hoc. c. ꝑm. b. de dispari cōiugio ītelligitur sicut precedens.

q ¶ Item. si auaricia ē idolatria. ⁊ idolatria est infidelitas. ⁊ infidelitas est fornicatio. ergo auaricia est fornicatio.

r ¶ Uniuersalē. ar. ꝙ indefinite dicit generaliter debere ītelligi. ff. de tutelis. qui habet. §. vl. xxxi. q. i. quod si dormierit.

s ¶ Utiqz. qr ipsa cogit eum fornicari spiritualiter.

t ¶ Sacrificare. idē ē si cogat ad qōcūqz mortale peccatum ⁊ nō ꝙ ꝓpter fornicationem corporalē semel ꝓmissam pōt eaz dimittere. xxxij. q. i. dixit. sed ꝓpter spiritualem non nisi perseueret. ī. c. ꝓr.

u Non soluz. coīquinat. cū alio a coniuge suo.

r ¶ Simulacrū. i. idolū colit.

y ¶ Recede. hoc. c. intelligit b. de duob⁹ fidelib⁹ quorum alter labitur i beresim. inter quos cū ratum fuerit matrimoniū nec soluit altero labēte. nec ꝓtrahere pōt. lz secus sit in casu ꝓuerso. s. cum alter fidelium cōuertit. tūc in tribus casib⁹ dissoluit ⁊ cōtrahere pōt. ⁊ hoc totū habes extra de diuor. ꝙto. Item nūquid ē preceptū qō dicit recede ab illa. dicit. b. qr ex quo pseuerat preceptū est si est notoriū sed hoc quantū ad reddēdū debitū sz exigere pōt. ⁊ sic intelligit. xxxij. q. i. c. i. vī tñ. hu. ꝙ ī hoc cāu ad minus cōstituū sit ꝙ recedat ab illa. ar. ſ. e. iā nūc. sed ibi ē ꝓiliuz qñ alter infidelium ꝓuersus est hic vero ꝑceptū. ⁊ pōt esse ea rō. qr maior est hic ꝓtumelia creatoris. vt extra de diuor. ꝙto. ⁊ ꝙ fit ꝑceptū bēs ex ō sureiu. quēadmodū.

z ¶ Sinaūt. i. si nō reuocas eā a suo ꝓposito.

obsequi vt sic viros suos christo lucrari valeāt. sic i passione beati clemētis detheodoraꝫ ⁊ sisumio legitur mirabiliter contigisse. Item Inno. papa ruffo ⁊ eusebio episcopis macedonibus.

Bigami reputātur qui ante baptismum habuerint vnam ⁊ post baptismum alteram.

Nquid nō erūt admittendi in hereditatis consortium qui ex ea suscepti sūt que ante baptismū fuit vxor: erūtqz appellandi naturales: quia non est matrimonium legitimum vt vobis videtur nisi illō quod post baptismum assumitur ipse dominus cū iterrogaret a iudeis si liceret dimittere vxorez suā atqz exponeret fieri non debere addidit quos deus coniunxit hō non separet. ac ne de his putetur esse locutus qui post baptismum vxores sortiuntur hoc ⁊ a iudeis iterrogatum esse: ⁊ iudeis esse responsum meminerit: quero ⁊ sollicitus quero si vna ⁊ eadem sit vxor eius qui antea catbecuminus ⁊ postea fidelis sit: filiosqz ex ea cum eēt catbecuminus susceperit: ⁊ postea alios filios cum fidelis esset vtrū sint fratres appellandi an non habeāt postea defuncto patre cum ceteris hereditatis bercisci de consortium: quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis dicitur abstulisse: quod cum ita iudicare atqz consentire absurdum est: que ratio est hoc malum defendi: ⁊ vacua magis opinione iactari quam aliqua auctoritate roborari: cum non possit inter peccata deputari quod lex precepit ⁊ deus cōiunxit. Itē ex decreto euticiani pa.

In fidelis potestate sit post baptismū recipere quaz ante dimiserat.

Si quis gētilis gētilē vxorē dimiserit ante baptismuz: post baptismum i potestate eius erit eā habere vel non habere. Item.

Fidelis infidelem discedentem seq non cogitur.

Simili mō si vnus ex ꝓingatis baptizatꝰ ē ⁊ alter gentilis est ⁊ qui seq nō vult: sicut dicit apostolus infidelis si discedit: discedat. Itez Aug. de fide ⁊ operibus.

Sine culpa relinquit vxor: que cuz fideli habitare noluerit.

Uxor legitima societate cōiuncta sine vlla culpa reliquitur si cū viro christiano pmanere noluerit: nō attenditur eo mō eaz rectissime dimitti si viro suo dicat non ero vxor tua nisi mihi de latrocinio diuicias cōgreges: aut nisi solita lenocinia quibus nostram domū transigebas ēt christianus exerceas: aut si quid aliud vel facinorosuz vel flagitiosuz i viro noverat: quo delectata vel libidinez explebat vel facilez victum babebat: vel etiaz ornatior icedebat. tunc eniz ille cui vxor hec dixit: si veracit egerit pniaz: ab operibus mortuis: qñ ad baptismū accessit habetqz i fundamēto fidē que per dilectionez opatur ꝑculdubio plus tenebitur amore diuine gratie quam carnis luxuria: ⁊ membrum quod eū scādalizabat fortiter āputabit. Idez in sermone domini in mōte li. i.

Licite dimittitur vxor: que viū ū suū cogere querit ad malum.

Idolatria qnā sequūtur infideles ⁊ quelibet noxia superstitio fornicatio est. dñs aūt permisit causa fornicatiōis vxorē dimitti. sed qr ꝓmisit ⁊ nō inssit: dedit apostolo locum monēdi: vt qui voluerit nō dimittat vxorem infidelē: cuz quo sic forsassis possit fidelis fieri. Item si infidelitas fornicatio ē: ⁊ idolatria infidelitas: ⁊ auaritia idolatria ē nō est dubitandum ⁊ auaritiam fornicationē eē: quis ergo iā qālibet illicitam cōcupiscētiā pōt recte a fornicationis genere separare: si auaritia fornicatio ē: ex quo ītelligitur ꝙ ꝓpter illicitas cōcupiscētias nō tantū in stupris cū alienis viris aut feminis cōmittunt: sed oio ꝓp quaslibet que aiam corpore male vtentē a lege dei aberrare faciunt ⁊ pernicioſe turpiterqz corrūpi possit sine crimine ⁊ vir vxorē suā dimittere ⁊ vxor viruz: qr exceptā dñs facit causaz fornicatiōis quaz fornicationē sicut supra ꝓsideratū ē generalē ⁊ vniuersalē itelligere cogimur. cuz aūt ait excepta causa fornicatiōis nō ait cuius ipsoz viri aut femie. nō. n. fornicantez tantuz vxorez dimittere concedit: sz qlqs eaz quoqz vxorez dimittit: a qua ipe cogit fornicari: causa vtiqz fornicatiōis dimittit velut si aliquē cogat vxor sacrificare ydolis: q talez dimittit causa fornicationis eam dimittit nō tantum illi sed ēt sue. illius qr fornicatur: sue ne fornicetur. Idem de adulterinis cōiugijs lib. ij.

Que simulacrum facit: nec resipiscit dimittatur a viro suo.

Non solum mechātio est illi que carnem suaz coinquinat sed etiam que simulacruz facit mechatur: q si in his factis perseuerat ⁊ pniaz nō agit: recede ab illa ⁊ noli vi nere cū illa sinaūt ⁊ tu ꝑticeps peccati illius eris. Itez Ambro. ad hil.

Amore cuiusli bet nō est a fide recedendum.

Si infidelis dicit apostolus discedat: nō est seruituti subiectꝰ

a Si infidelis libertatem. nã dico q̃ ipso iure soluitur vinculũ matrimonij non per sñiam ecclesie sed ipso iure. s. in tribus casibus in quib⁹ cõtrahere põt. nam cõtumelia creatoris soluit ius matrimonij. si tamen ifidelis vult redire ad fidem priusquã cum reliqua contraxit. cogitur recipere eam. vt extra de diuor. gaudemus in fi.

